This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

3 3433 06183065 3



B
~~479a~~

BIBLIOTHECA
HISTORICA

INSTRUCTA

A

B. BURCARDO GOTTHELF STRUVIO

AUCTA

A

B. CHRISTI. GOTTLIEB BUDERO

NUNC VERO

A

IOANNE GEORGIO MEUSELIO

ITA DIGESTA, AMPLIFICATA ET EMENDATA,

UT PAENE NOVUM OPUS

VIDERI POSSIT.

Voluminis III Pars I.

LIPSIAE,

APUD HEREDES WEIDMANNI ET REICHIUM.

MDCCLXXXVII.

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY

ASTOR, LENOX
TILDEN FOUNDATIONS

VIRO

PERILLUSTRI, AMPLISSIMO,
DOCTISSIMO,

IOHANNI GODOFREDO EICHHORN,

CONSILIARIO AUL. SAXO-VINARIENSI, PROFESSORI ORDINARIO LINGUARUM ORIENTALIUM IN LITTERARUM UNIVERSITATE IENENSI,

HISTORIAE ET LITTERATURAE ORIENTIS SANAEQUE CODICIS SACRI INTERPRETATIONIS STATORI AC VINDICI,

AMICO VETERI,

HANC BIBLIOTHECAE HISTORICAE,
CUIUS FAUTOREM INDE AB EIUSDEM
ORTU HAUD VULGAREM SESE
GESSIT, PARTEM

D. D. D.

AUCTOR.

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

INDEX
CAPITUM ET SECTIONUM.

CAPITIS XXIV Sectio II.

res de hiſtoria Aegyptiorum antiqua ſpeciales.
criptores de hiſtoria Aegyptiorum antiquiſſima pag. 1
:riptores de regno Ptolemaeorum in Aegypto 3
'e Monimento Adulitano) 7
:riptores de urbe Alexandria, de Muſeo, Biblio-
eca et Pharo, ibi a Ptolemaeis inſtitutis et con-
uctis 15

Sectio III.

res de rebus Aegyptiorum veterum ſacris.
criptores generales 18
criptores ſpeciales 27
le Menſa Iſiaca) 30

Sectio IV.

res de re Aegyptiorum litteraria, de eorum ſa-
tia, legibus, hieroglyphicis litteris, calendario,
ſuris 44

Sectio V.

res de Pyramidibus et Obeliſcis Aegyptiis.
. Scriptores de Pyramidibus 66
. Scriptores de Obeliſcis 70

Sectio VI.

res de Mumiis 76

Sectio VII.

res ſpeciales de Nilo 85

Sectio VIII.

res de Aegypto geographici et hodoeporici 88

INDEX

‸PITUM ET SECTIONUM.

CAPITIS XXIV Sectio II.

le hiſtoria Aegyptiorum antiqua ſpeciales.
.ores de hiſtoria Aegyptiorum antiquiſſima pag. 1
ores de regno Ptolemaeorum in Aegypto 3
onimento Adulitano) 7
ores de urbe Alexandria, de Muſeo, Biblio-
ͽt Pharo, ibi a Ptolemaeis inſtitutis et cón-
15

Sectio III.

le rebus Aegyptiorum veterum ſacris.
ores generales 18
ores ſpeciales 27
enſa Iſiaca) 30

Sectio IV.

de re Aegyptiorum litteraria, de eorum ſa-
legibus, hieroglyphicis litteris, calendario,
44

Sectio V.

de Pyramidibus et Obeliſcis Aegyptiis.
riptores de Pyramidibus 66
:iptores de Obeliſcis 70

Sectio VI.

de Mumiis 76

Sectio VII.

ſpeciales de Nilo 85

Sectio VIII.

de Aegypto geographici et hodoeporici 88

Sectio IX.

Scriptores de hiſtoria Aegypti recentiore pag.

CAPUT XXV.

Scriptores de rebus Libycis, Cyrenaicis, Numidis, M
retaniis.
1. De Libya
2. De Cyrenaica
3. De Numidia
4. De Mauretania

CAPUT XXVI.

Scriptores de rebus Karthaginienſibus ſive Punicis.

Sectio I.

Scriptores generales

Sectio II.

Scriptores ſpeciales

CAPUT XXVII.

Scriptores de rebus Aethiopicis ſive Habeſſinicis

CAPUT XXVIII.

Scriptores de rebus Maroccanis, Algericis, Tunet
et Tripolitanis.

Sectio I.

Scriptores generales

Sectio II.

Scriptores ſpeciales.
1. De rebus Maroccanis et Feſſanis
2. De rebus Algericis
3. De rebus Tunetanis et Tripolitanis

CAPUT XXIX.

Scriptores de Senegambia, Nigritia et Guinea

CAPUT XXX.

Scriptores de regnis Congo, Loango, Cacongo, pro
meque his adiacentibus

CAPU

CAPUT XXXI.

riptores de rebus Hottentotticis et Belgicis in Promontorio bonae ſpei pag. 187

CAPUT XXXII.

riptores de inſula S. Laurentii ſ. Madagaſcar 203

CAPUT XXXIII.

riptores de inſulis *Bourbon* (Luſitanis *Maſcaregne* dicta) et *France* (Luſitanis *Cerne*, Batavis *S. Mauritii*) 209

CAPUT XXXIV.

riptores de inſulis, Africae occidentali adiacentibus, S. Helenae, S. Thomae, Promontorii viridis, Canariis, Madera, Azoribus 211

CAPUT XXXV.

riptores rerum Americanarum in univerſum.

Sectio I.

ollectiones ſcriptorum rerum Americanarum 220

Sectio II.

riptores rerum Americanarum generales 226

CAPUT XXXVI.

riptores de primis Europaeorum navigationibus in Americam, de Columbo etc.

Sectio I.

criptores de America ante Columbum reperta 259

Sectio II.

criptores de Chriſtophoro Columbo 260

Sectio III.

criptores de Americo Veſputio 264

Sectio IV.

e Ferdinandi Corteſii epiſtolis 267

Sectio V.

lii ſcriptores de primis Europaeorum in Americam navigationibus 271

CAPUT

B
~~1179a~~

annos in regum Syriae hiſtoria praeſtiterat (Cf. huius Bibl. Vol. II. P. I. p. 33 ſq.). In eruendis vero Ptolemaeis maior difficultas oriebatur, quam in Seleucidis. In iſtorum enim numis, praeter ſolam quandoque annorum regni notam numeralem, reliqua obſcura et prope deſperata illi videbantur; cum apud hiſtoricos praeter inſignia illa nomina, et in numis praeter confuſam appellationen ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ, nihil fere obſervaret. In aereis, quos plures viderat, pauci aliquot habebant addita nomina quaedam ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ac ΦΙΛΟΠΑΤΡΟΣ, verum ſine effigie Principis, caput Iovis ubique oſtentantes, ſi excipias Cleopatram, Lathyri et Alexandri matrem, et Selenen, Lathyri coniugem, cuius utriusque imago expreſſa in illis habetur. Ex aureis, in tanta horum penuria, parum illi erat ſubſidii, quemadmodum et in argenteis ſecundi aut tertii moduli. Confugiebat igitur ad argenteos numos maximae formae, in quibus conquirendis viginti annos fuit occupatus. Ex his tum varios regum vultus diſtinxit, tum ex appoſitis regni annis ſingulos quosque ſuis locis diſpoſuit, non parum etiam in hoc negotio adiutus rebus, ſymbolis et nominibus, communi auctorum conſenſu cuique propriis. Ante omnia autem in illuſtranda hiſtoria ſollicitus eſſe voluit de conſtituendo canone chronologiae ſecundum Olympiades, tum et annos ante natum Chriſtum, Lagidarum et uniuscuiusque regis. Horum igitur regno ex Ptolemaeo geographo et Petavio tribuit annos 294, initio ſumto ab Olympiade 114. In regum annis nunc aliquos addit, nunc contra demit, cum hiſtorica aliquae monimenta id iubeant. Totum Lagidarum ſtemma ſubiecit indici regum Aegypti, praemiſit vero canoni eorundem chronologico.

In

In rebus geſtis Ptolemaeorum enarrandis noluit occupari in referendis ſolis auctorum verbis, ut in Seleucidarum hiſtoria fecerat, ſed hiſtoricum egit, ea amplexus, quae propius ad verum viderentur accedere, laudatis tamen ubique ad marginem auctoribus, quorum teſtimoniis res firmari poteſt. Eandem praeterea obſervavit methodum, qua fuerat uſus in Seleucidarum regum hiſtoria, pramittendo regis cuiusque vultu, aeneis formis inſculptum, ut tum facile ſinguli dignoſci poſſent ex nativis lineamentis, tum in ipſo ore cuiusque ſtatim legeretur, qua quis indole ad regnum acceſſerit. Recenſitis ſingulorum factis, numos omnes adiunxit, qui quidem in eius manus venerunt, cuiuscunque metalli fuerint, in quorum poſtica parte ubique fere aquilam fulmini inſiſtentem, vel in memoriam aquilae Ptolemaeo I infanti ſanguinem pro lacte inſtillantis, vel in ſymbolum fortitudinis et poteſtatis, videre licet: antica interim parte, ſolum Principis vultum repraeſentante. — Appendix duplex adiecta eſt; prima, brevior, conſtat explicatione numiſmatis Aegyptiaci, Caeſari Auguſto cuſi, quod Caeſarioni tributum olim fuerat. Altera ſub titulo *Aegyptus numiſmatica, ex Imperatoribus Romanis deſumta, ordine alphabetico* undetriginta numorum, a totidem Aegypti, ditionis populi Romani, oppidis cuſorum, averſas partes aere expreſſas, cum integra eorum atque urbium deſcriptione ac brevi expoſitione complectitur.

Cf. Acta Erud. a. 1701. p. 1 ſqq.

Poſt meſſem Vaillantii uberem ſpicilegia haud exigua inſtitui poſſe, docuit vel RICHARDUS POCOCKE in opere, caeterum minus commendabili, cui titulum indidit: *Inſcriptionum antiquarum* Pococke.

Graecarum et Latinarum liber. Londini 1752. fol. Adiecit nimirum indiculum numorum, in Aegypto cuſorum, in Muſeo ſuo et aliis Britannicis latentium, antea non editorum, qui aut ad Ptolemaeos, aut ad Romanos Imperatores pertinent, p. 94-100. Sunt vero et in aliis collectionibus numiſmata Lagidarum, a Vaillantio non conſpecta.

Froelich. Exhibuit etiam ERASMUS FROELICH in *Notitia elementari numiſmatum antiquorum illorum, quae urbium liberarum, regum et Principum ac perſonarum illuſtrium appellantur* (Viennae 1758. 4.) p. 158-163, ſeriem regum et reginarum Aegypti, adſcriptis Graece titulis illis, qui numiſmatibus inſerti ſunt. Horum aliquot memorabiles aeri incidi curavit in tabula XI.

Belley. Egregium ſupplementum Aegypti numiſmaticae, a *Vaillantio* hiſtoriae Ptolemaeorum adiectae, exhibuit BELLEY in diſſertatione doctiſſima, inſcripta: *Obſervations géographiques et hiſtoriques ſur les médailles Impériales de pluſieurs villes ou Nomes d'Egypte, dont M. Vaillant n'a publié aucune médaille;* in *Mémoires de l'Acad. des Inſcriptt.* T. XXVIII. p. 526-544. Cum tabula aen. in qua XIV numi antea inediti delineati. Qui auctori occaſionem ſuggerunt de ſequentibus veteris Aegypti nomis vel urbibus more ſuo i. e. egregie diſſerendi: Athribis, Antaeopolis, Arabia, Aphroditopolis, Bubaſte, Dioſpolis, Hermonthis, Heroopolis, Letopolis, Libya, Naucratis, Xois, Onuphis, Pharbaethos. Maxima numorum pars Hadriano Imp. regnante cuſa.

* * *

Bayer. Numi duo Ptolemaei Lagidae explicati a THEOPHILO SIGEFRIDO BAYERO, in *Commentar.*

mentar. Acad. Petropol. Vol. IV. et in eius opuſculis a Klotzio editis p. 14-23. — Cur Iupiter cum aquila in plerisque Ptolemaeorum numis conſpiciatur, auctor explicat, ſimulque de monimento Adulitano aliisque rebus Aegyptiacis ſagaciſſime, ut ſolet, diſſerit.

* * *

GEORG GREENII Diſſ. de Ptolemaeo Philadelpho, Aegypti rege. *Wittebérg.* 1676. 4. Green.

* * *

Ptolemaeum Evergetam, Philadelphi filium, bellicoſum regem, plures populos ſibi ſubieciſſe, ſatis conſtat. Eundem vero adeo in Aethiopiam, origines Nili indagandi cauſſa potiſſimum, irrupiſſe, partesque huius regionis nonnullas ſubiugaſſe, e nobiliſſimo *monimento Adulitano* ſive *Adulitico* ſolo fere ſcimus. Bello nempe exacto Ptolemaeus ille urbem Adule in Aethiopia petiiſſe, ibi diis ſacrificia obtuliſſe, Martique ſellam praegrandem marmoream dicaſſe dicitur. Lapidi eiusdem magnitudinis, poſt ſellam poſitae, ut et ſellae ipſi inciſa fertur inſcriptio Graeca, quam *Coſmas* monachus, quem Indopleuſtem appellant, tempore Iuſtini Imp. circa a. poſt Chr. nat. 522, rogante Elesbaano, rege Arumitarum ſ. Aethiopum, deſcripſit, atque in opere, quod inſcripſit Χϱιςιανικὴ τοπογϱαφία παντὸς κόσμȣ, in lucem edidit. De fatis huius monimenti typis poſtea expreſſi audiamus recentiſſimum ſcriptorem, *Chriſtoph. Saxium*, in Onomaſtico litterario T. I. p. 112 ſqq. ita de illo narrantem: „E Vaticano, ut videtur, Codice, „non tam *Luc. Holſtenius*, ut falſo ſibi perſuadet „*La Croſius* in *vindiciis veterum ſcriptorum*, p. 140. „Not. *e.* quam *Leo Allatius* princeps deſcripſit, Monimentum Adulitanum.

 „lati-

„latineque vertit Romae 1631. 4. Sed vitioſe „admodum, ut queritur *Iſaac. Voſſius* ad *Pomponii Melae* L. III. c. VIII. p. 390. ed. Franecqv. „Eiusdem tamen exempli fide et argumento uti „*Chriſti. Adam. Rupertus*, quoad Arſinoës cum „fratre Ptolemaeo Philadelpho matrimonium obi„ter uſus eſſe videtur in *Obſervat. ad Beſoldi Sy„nopſin* c. XI. p. m. 193. ed. Franecqv. ſic totam „chartae *Allatianae* formulam repetierunt *Abrah.* „*Berkelius* ad calcem *genuinorum Stephani Byzan„tini Fragmentorum*, L. B. 1674. 8. ſub titulo: „*Ptolemaei Evergetae III. Aegypt. regis Monumen„tum Adulitanum*, et undecim annis poſt *Carol.* „*Sponius* in *Miſcell. Erudit. Antiquit.* Sect. X. n. CIII. „p. 358 ſ. E Florentinis contra membranis, et „quidem *Emerici Bigotii* opera emendatius, ple„niusque in lucem protulit *Thevenotus* Itinerum „Pariſ. 1666. fol. evulgatorum Tom. I. eundem„que Florentinum Codicem paulo ante inſpexit „*Iſaac. Voſs.* unde excerpta quaedam Allatianis „meliora leguntur in eius Adnotationibus ad III „*Melae* p. m. 387 et p. 390. Labentibus annis, „uti *Bernard. Montefalco* integram *Coſmae*, Mo„nachi Aegyptii, *Topographiam Chriſtianam*, ſic „cum ea marmorei iſtius ſolii, dudum deperditi, „Epigraphen ſ. *Monumentum Adulitanum* ad utrius„que Codicis, cum *Vaticani*, tum *Florentini* fidem „recenſuit in *Collectionis Novae Patrum*, Paris „1706. fol. T. II. p. 141 ſq. additis non modo „*Coſmae* ſcholiis in Ptolemaei inſcriptionem, ſed „ſuis etiam animadverſiunculis, nec non pictura „Δίφρȣ Πτολεμαϊκȣ ad p. 188. E qua *Montefal„conis* Sylloge mox in praeſtantiſſimum *I. A. Fa„bricii* corpus *Bibliothecae Graecae* L. III. c. XXV. „p. 604 ſq. Vol. II. immigravit, ſubiunctis in mar„gine brevibus viri πολυμαθεστάτȣ adnotatiun„culis,

culis, mox illuſtrem, una cum inſigni obſervationum apparatu, locum invenit in *Edm. Chiſhulli Antiquitatum Aſiaticarum* Parte I. Londini 1728. fol. a p. 73-87. A quo tempore nemo dubitavit, quin maxime ſincerum eſſet *Montefalconis* exemplum. Vel ſic tamen huic interceſſiſſe viſus eſt *Theoph. Sigefr. Bayerus*, qui primam partem huius monumenti ex Apographo Codicis Vaticani ſumma accuratione quoad verſus et literas a *Ioſeph. Simone Aſſemanno* (Cf. hic ipſius *Aſſemanni* Epiſtola ad *Bayerum* in *Sylloge Uhliana* Vol. IV. p. 3 ſ.) deſcriptam edidit in diſſertatione *de nummis duobus Ptolemaei Lagidae* Tomo IV *Commentar. Academiae Petropolit.* a p. 148. inſerta" (et a nobis modo commemorata). Ceterum non eadem omnibus huius monumenti auctoritas viſa eſt. Sunt, qui probae vetuſtatis eſſe credant, quorum ſententiae me non poenitet. Alii νοθείας accuſarunt, in quibus fuerunt *Harduinus*, *Begerus*, *Ioh. Sartorius*, aliquantulum dubitans, et *Eraſm. Froelichius*. *Harduini* iudicium in *Chronologia Veteris Teſtamenti* p. m. 579. *Oper. Select.* de eo latum vanitatis convicit *La Crozius*, in *Vindiciis veterum Scriptorum* p. 140-145. *Begeri* dubitationibus in *Theſauro Brandenburg.* T. III. p. 31 ſ. expoſitis occurrit *Chiſhullus* in *Animadverſionibus* ad Monumentum Adulitanum I. ante I. Etſi vero defenſio *La Croziana* virorum doctorum ſuffragia tulit, ipſique *Gisb. Cupero*, teſtibus eius *Literis Criticis* p. 6 placuit, tamen *Io. Sartorio*, Gedanenſi Profeſſori, non usquequaque ſatisfaciebat, nonnullis ei ſcrupulis ſubortis, quorum cauſa ad *La Crozium* ſingulares ſcripſit literas in *Theſauro La Croziano*, Tom. I. No. 267 obvias. Reſpondit ei humaniter *La Crozius*, eiusque epiſtolam ipſe *Io. Sar-*

„*torius* in libello, qui penes me eſt, ſatis raro de
„*Oſtraciſmo Literario* Gedani 1710. 4. p. 78 ſq.
„promulgavit, a *Iordano* deinceps in *Hiſtoria vitae*
„*et ſcriptorum La Croſii*, Amſtel. 1741. 8. p. 108 ſq.
„typis renovatam. Neque tamen *Sartorius* her-
„bam porrexiſſe videtur, quaedam denuo ſuſpi-
„catus, ut apparet ex aliis litteris ad eundem *La*
„*Croſium* datis in *Theſaur. La Croſiano* T. I. No. 268.
„Tandem uti totius monumenti fidem in dubium
„vocare auſus non eſt *Eraſm. Froelichius* in *Inſcri-*
„*ptionibus antiquis* ad *Annales Syriae Regum* illu-
„ſtrandos idoneis p. 125 (ſec. edit. alt. a. 1754.
„p. 127) ita *alteram* duntaxat eius partem ſibi *de*
„*ſincera antiquitate ſuſpectam* eſſe ſcribit. Cuius
„tamen dubitationum remedia iam occupaverat
„vir literatiſſimus *Th. Sig. Bayerus* l. l."

* * *

Forſter. IOH. REINHOLDI FORSTERI Diſſ. de ſuc-
ceſſoribus Ptolemaei VII. Evergetis II, cui et no-
men Phyſcon ab Alexandrinis vulgo dabatur; in
Commentatt. Soc. reg. ſcient. Goetting. per a. 1780.
Vol. III. inter Commentt. hiſt. philol. — Va-
recentiorum errores circa ſucceſſores iſtos doctiſſi-
me tolluntur.

Baudelot. (CHARLES CESAR BAUDELOT DE DAI-
VAL) *Hiſtoire de Ptolemée Auletes.* à Paris 1696.
12. — Super numis et gemma huius Ptolemaei
caeterum hiſtoriam ipſam parum iuvans.

de Saint-Real. CESAR VICHARD DE SAINT-REAL *Hiſtoire*
du rétabliſſement de Ptolemée Auletes; in eius Op.
(*à la Haye* 1722. 8.) T. II. p. 81-145. ſec. ver.
Theot. T. I. p. 249-285. Iucunda magis quam
vera narratio.

Offerhaus. LEON. OFFERHAUS Diſſ. hiſtorica de Ale-
xandro, Aegypti Cyprique rege, eiusque ...

regn...

no ſucceſſore, Ptolemaeo Aulete; in *eiusd.* cilegio hiſt. chronolog. (*Groning.* 1739. 4.) 393-421. Tricae chronologicae potiſſimum licantur.

* * *

PAGANINO GAUDENZIO *Vita di Cleopatra*, na *d'Egitto.* Piſa 1642. 4. — De libro hoc ſſimo, a Meuſchenio, qui omnia Gaudentii pta colligere iunctimque in lucem edere cupie-, anxie, at fruſtra quaeſito, nil niſi titulus no- innoteſcit. Gaudenzio.

IO. BAPTISTAE MORGAGNI de genere mor- Cleopatrae; in *eiusd.* Opuſculis miſcell. (*Venet.* 63. fol.) P. II. p. 21 ſqq. — Deſcribitur ſta- Cleopatrae, antiquo opere et ſummo artificio fecta, in qua aſpis eſt non pectori admota, ut go noſtri pictores credunt, ſed ita brachio alli- i, ut ipſius vinculi conſtrictione irritari et ad rdendum provocari videatur. Refutantur m illi, qui Cleopatram dicant aut veneno to mortuam eſſe, aut putent, brachium ipſum momordiſſe, aut pupugiſſe, et venenum vul- i inſtillaſſe. Morgagni.

CHRISTI. GODOFR. GRUNERUS (*Conſil.* *D. et Prof. Med. Ienenſis*) de mortis genere, Cleopatra periit; in *eiusd.* Analectis ad anti- tates medicas (*Vratislav.* 1774. 8 mai.) p. 125- . — Grunerus, quem Morgagnii ſententia iiſſe videtur, quoque Cleopatram non ex ve- no ſoporiſero, ſed ab aſpide periiſſe evincit. Gruner.

* * *

CHRISTI. GOTTLOB HEYNII Progr. de nio ſaeculi Ptolemaeorum, *Goetting.* 1763. fol. ltoque auctius in eiusdem opuſculis acade- Heyne.

micis

micis (ib. 1785. 8.) Vol. I. p. 76 ſqq. Auctari
copioſius diſſertatione ipſa inde a p. 85-134.
Diſputatur doctiſſime aeque ac ſagaciſſime de
nio ſaeculi Ptolemaeorum, ſive, ut auctor i
interpretatur, de ingenio eius aetatis, de ſtud
rum, quae tum potiſſimum viguerunt, genere
ratione, et ingeniorum natura ac peculiari c
ractere, cauſſisque, quae quidem harum ren
probabiles afferri poſſunt. Inſervit igitur diſſ
tatio magis hiſtoriae litterariae, quam civili.

* * *

Schmidt. FRID. SAM. DE SCHMIDT, *Princ. Mar Badenſis Conſil. aul. etc.* Diſſ. de commerciis navigationibus Ptolemaeorum, quam illuſtriſſi Academia regia inſcriptionum et liberalium arti Lutetiae Pariſiorum praemio dignam iudica anno MDCCLXII; in *eiusd.* Opuſculis, quib res antiquae, praecipue Aegyptiacae, explana tur (*Carolsruhae* 1765. 8.) p. 123-379. — Auct doctiſſimus et litteratiſſimus primo loco mon vetuſtiſſimos Aegyptios commercia extera et n vigationes non curaſſe; cauſſas deinde brevi exponit, quibus accidit, ut eadem Aegyptus co mercia ampliſſima exercuerit. Quibus praemiſ quaeſtionis propoſitae examen ipſum ita ſequit ut *ſectione prima* agatur de illis, quae Ptolema in commerciorum navigationumque gratiam Aegypto patravere; ubi igitur ſermo de Al xandriae aedificatione, de Pharo, de foſſa regun Nilum mari rubro iungente, et de aliis eius fluv canalibus, de via, Copto Berenicen ducente, de navibus Ptolemaeorum. Sequitur *ſectio ſecun* de commerciis et navigationibus Ptolemaeorum et primo quidem de iis, quae in mari rubro oceano exercebantur; ubi ſiſtitur ſtatus et fo

tun

tura commercii - Indici ſub Ptolemaeis, atque oſtenditur, quousque ſub iisdem in Indiam navigatum et cum quibus gentibus commercia inſtituta fuerint; merces item indicantur Indiae, e tribus naturae regnis. Exponuntur porro Ptolemaeorum commercia cum finitimis Aethiopibus et Arabibus, mercesque utriusque populi deſcribuntur. *Sectio tertia* agit de commerciis et navigationibus Ptolemaeorum in mari mediterraneo, et quidem de commercio cum Graecia et minore Aſia, Rhodo in primis, cum inſulis Cypro, Creta aliisque, cum Corinthiis et Athenienſibus; de commercio Puteolitano; in littore Africae, inde a Libya usque ad Mauretaniam; in Coele Syria, Palaeſtina, Phoenicia et Syria; poſtea de reditibus et divitiis Ptolemaeorum differitur, oſtenditurque, quot urbes ſub Ptolemaeis in Aegypto et quam refertae hominibus fuerint. *Sectio quarta* ſiſtit merces Aegypti e tribus naturae regnis, ubi auctor ultimo loco diutiusque moratur in charta papyracea. — Egregie ſane rem ſuam geſſit auctor; ingenio enim gaudet, ab omni myſteriorum quaerendorum ſtudio alienum, obſcuraeque diligentiae, quae argutias captat, facilia negligit et aperta, recondita et difficilia ſectatur, inſenſum. Quod cum deeſſet multis, qui ſibi res Aegyptiorum enarrandas ſumerent, quid mirum eſt, eos multa tradidiſſe inepta atque ridicula? Doctrinae exquiſitae copia libellus abundat.

AMEILHON, *Cenſeur Royal et Sous-Bibliothécaire de la Ville* (de Paris) *Hiſtoire du Commerce et de la Navigation des Egyptiens, ſous le Regne des Ptolemées: Ouvrage, qui a remporté le Prix de l'Académie Royale des Inſcriptions et Belles-Lettres.* à Paris 1766. 8. *Theutiſce* Pragae 1769. 8. — Concertavit Francogallus doctiſſimus de palma cum Ameilhon.

(in *Mémoires des Miſſionnaires* T. VII. p. 142.) auctor excitatus, veterem Alexandriam in hodierna quaerere ſtuduit. Quod quidem ex voto ceſſit, Strabone duce opeque ichnographiae, hodiernam Alexandriam repraeſentantis.

Eiusd. *Explication topographique de la guerre de César dans Alexandrie, après la défaite de Pompée;* ibid. p. 432 ſqq. Deſcriptionem urbis priore diſſertatione exhibitam auctor accommodat ad explanandas narrationes auctorum, Hirtii potiſſimum et Dionis Caſſii, de bello Iulii Caeſaris, in urbe iſta obſeſſi.

Norden. FREDERIC LOUIS NORDEN *Deſcription de l'ancienne Alexandrie;* in eiusdem *Voyage d'Egypte et de Nubie* (de quo opere poſtea) T. I. p. 1-24.

Eiusdem *Deſcription de la nouvelle Alexandrie;* ibid. T. I. p. 25-44. — Utraque deſcriptio ſedecim tabulis aeneis egregie illuſtratur.

* * *

De *Muſeo Alexandrino* poſt deperdita Andronici, Callimachi et Alcidamantis ſcripta conſulendae IO. FRID. GRONOVII et LUDOLPHI NEOCORI ſ. KUSTERI diſſertationes, quae exſtant in *Gronovii* Theſ. Antiq. Graecar. T. VIII. p. 274 ſqq. Quibus iungendi ſunt ſequentes:

Gronov. Kuſter.

Rechenberg. ADAMI RECHENBERGII Diſſ. de Muſeo Alexandrino. *Lipſ.* 1698. 4. et in *eiusd.* Exercitatt. in Nov. Teſt. *ibid.* 1707. 8. p. 523 ſqq.

Crollius. IOH. PHILIPPI CROLLII Oratio de Muſeo Alexandrino. *Biponti* 1721. 4. Cf. *Bibl. Germanique* T. VII. p. 74 ſq.

Geriſcher. CAROLI FRID. GERISCHERI Commentatio de Muſeo Alexandrino eiusque δωρεαῖς et δώροις. Lipſ. 1752. 4.

De

✤ ✤ ✤

: *bibliotheca Alexandrina* conſulatur ANT. van Dale.
)ALE in Diſſ. ſuper Ariſtea de LXX inter-
ıs (*Amſtelod.* 1705. 4.) cap. 2 ſq. Cf. *Bibl.*
T. VIII. p. 370.

H. GELENII Prog. de bibliotheca Alexan- Gelenius.
Dresdae 1710. fol.

NAMY *Diſſertation hiſtorique ſur la Biblio-* Bonamy.
d'Alexandrie; in *Mém. de l'Acad. des Inſcriptt.*
. p. 397 ſqq. Aliorum v. c. Lipſii, Gro-
:t Kuſteri, diſquiſitionibus criticis uſus, Bo-
ıs compoſuit hiſtoriam bibliothecae iſtius
rimae.

:MONIS MAGISTRII, *Presbyteri Oratorii*) Magiſtrius.
ıtiones, ſubiunctae editioni verſionis Grae-
phetae Danielis (*Rom.* 1772. fol.), in quibus
iam ſententiae patrum de ſeptuagintavirali
ıe agit. Quinta praecipue huc pertinet.

IRISTIANI DANIELIS BECKII (*M. et* Beck.
Lipſ.) Diſſ. continens Specimen bibliothe-
Alexandrinarum. *Lipſ.* 1779. 4. — Re-
ıtur variae de origine biblioth. Alex. ſen-
:; fata deinde duarum praecipuarum in
io et Serapeo conditarum, exponuntur.
a Magiſtrium modo laudatum probatur,
ıaeum Lagidem bibliothecam in Bruchio
ſſe, Magiſtriumque locum Philonis (in Leg.
ium) ſiniſtre explicaſſe, dum ex eo tertiam
am Alexandrinam bibliothecam magnam
: voluerit.

✤ ✤ ✤

bliothecarios bibliothecae Alexandrinae re-
ıt IONSIUS de ſcriptoribus hiſtoriae philo- Ionſius.
ae p. 101. et I. F. GRONOVIUS in diſſ.
ıſeo Alex. modo laudata.

* * *

de Montfaucon. BERNARD DE MONTFAUCON *Diſſ. ſur le Phare d'Alexandrie, ſur les autres Phares batis depuis, et particulièrement ſur celuy de Boulogne ſur Mer, ruiné depuis environ quatre-vingts ans;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcr.* T. VI. p. 576-591.

Belley. BELLEY *Remarques ſur la diſtance de l'île du Phare, ou continent de l'Egypte, marquée dans un paſſage d'Homère;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcriptt.* T. XVIII. p. 187 ſqq.

* * *

Danville. DANVILLE *ſur la différence de latitude et de longitude entre Alexandrie et Syéné;* in *Hiſt. de l'Acad. des Inſcr.* T. XXIX. p. 250-262. (a. 1764). Duarum urbium in extremis Aegypti finibus ſibi oppoſitarum gradus latitudinis et longitudinis, examine Eratoſthenis et Ptolemaei inſtituto, definire auctor ſtudet. Addita eſt tabella geographica.

SECTIO III.

Scriptores de rebus Aegyptiorum veterum ſacris.

1. *Scriptores generales.*

Plutarchus. PLUTARCHI, *Chaeronenſis*, de Iſide et Oſiride liber, in quo de omni Aegyptiorum re mythologica agitur, cum eius operibus ſaepius et a *Samuele Squire*, Anglo, ſeparatim editus eſt, hoc quidem titulo: Πλουτάρχου περὶ Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος. *Plutarchi de Iſide et Oſiride liber: Graece et Anglice. Graeca recenſuit, emendavit, commentario auxit, verſionem novam Anglicanam adiecit* Samuel Squire, *A. M.*

Archidiaconus Bathonienſis. Acceſſerunt Xy-
, Baxteri, Bentleii, Marklandi *coniecturae et*
ationes. Cantabrigiae 1744. 8 mai. *Theotiſce*
commentario doctiſſimo, hac epigraphe:
SALOM. SEMLERS *Erläuterung der Egypti-*
Alterthümer, durch Ueberſetzung der Schrift
rchs von der Iſis und dem Oſiris, und der Nach-
von Egypten aus Herodots zweitem Buch, mit
ügten Anmerkungen. Nebſt einer Vorrede
1. Iac. Baumgartens. *Breslau und Leipzig*
8 mai. — Etſi Plutarchus acri ingenio,
lias vera a falſis ſagaciſſime diſcernere atque
care valuit, praeditus eſſet: tamen hoc in
ulo condendo illud quaſi hebetavit vel male
a uſus eſt, dum ubique Platoniſmum odora-
fabellasque ineptiſſimas tanquam veros
λογυς Aegyptiacos crederet et venditaret,
iidem fine, ut ſententias ſublimes atque
heſes philoſophicas ingenioſe inde eruere
. Continet igitur eius diſſertatio de Iſide et
le nubem coniecturarum et explicationum
fundamentis egentium, ſaepius ne quidem
de Aegyptiorum re ſacra hiſtoriis reſpon-
ım. Licet ipſe contendat, ſe narrationes
ſiſſimas abieciſſe: tamen retinuit multas ad-
m ridiculas et ineptas, de quibus nec Hero-
nec Diodorus referunt. Ita certe iudicat,
ſtro quidem ſenſu vere, *C. Meiners* in libro
laudando p. 153 ſqq.

(BAUMGARTEN) *Nachrichten von einer Halli-*
ken Bibl. T. III. p. 454 ſqq.

ERMANNI WITSII (*D. et Prof. Theol. Lug-* Wits.
Batavi † 1708) Aegyptiaca et Δεκάφυλον;
le Aegyptiacorum ſacrorum cum Hebraicis
ione libri tres, et de decem tribubus Iſraelis
ſingularis. Acceſſit diatribe de legione

 fulmi-

fulminatrice Chriſtianorum ſub Imp. M. A. Antonino. *Amſtelod.* 1683. 4. *ibid.* 1696. 4. (Editio aucta). *Herborn.* 1717. 4; et in *Ugolini* Theſ. Antiqq. ſacr. T. I. Nr. V. — Contra Spenceri et Marshami ſententiam, Hebraeorum ſacra ex Aegyptiorum ritibus derivanda eſſe, ſequentes ſeptem theſes auctor fulcire ac comprobare ſtudet. I. Ex pravis Aegyptiorum moribus, ſuperſtitione atque idololatria multa quidem Iſraëlitae transſumſerunt: ſed et ſimilia ab aliis vicinis populis mutuati ſunt; neque ab Aegyptiis ea omnia, quae nonnulli iis uti primis inventoribus adſcripſerunt. II. In dogmatibus, inſtitutis, ritibus, a Deo approbatis, non eſt tanta inter Aegyptios et Hebraeos convenientia, quantam viri eruditi praedicant, non caute ſemper, quandoque nec caſte ſatis aut ſancte. III. Ubi conveniunt Aegyptii atque Hebraei, ea cum aliis moratioribus populis communia habuerunt, hauſta ex communi fonte vel rationis, vel traditionis; quarum utraque apud Hebraeos purior atque incorruptior fuit. IV. Quae a iure naturae remotiora, Aegyptiis tamen atque Hebraeis communia fuerunt, ea probari non poteſt apud Aegyptios quam apud Hebraeos antiquiora fuiſſe; quum illi, qui laudantur, ſcriptores omnes Moſe non paullo recentiores ſint. V. Ex adverſo probabile eſt, Aegyptios ab Abrahamo, Ioſepho, Moſe, Salomone multa accepiſſe. VI. Ex eodem fonte Graeci hauſerunt, ſive ἀμέσως, ſive ἐμμέσως. VII. Nequaquam fuit ea Dei mens in inſtitutis caerimonialibus, quam viri docti fingunt; ut nimirum pervicaci populi ingenio ſeſe attemperaret, ea in cultum ſuum transſumendo, ſed paullulum purgata, quibus peregrinas ſuperſtitiones aemulando prave adſueverant: ſed potius, ut laborioſis iſtis exercitiis, veluti

iugo

iugo difficillimo, indomitam populi ferociam ſubigeret; ut, veluti pariete intergerino, a caeteris gentibus, et potiſſimum Aegyptiis, a quibus, et Cananaeis, ad quos veniebant, ſeiungeret; et maxime, ut rerum ſpiritualium figurae atque umbrae eſſent. — Qui a partium ſtudio alieni ſunt, mediam tenebunt viam, multaque praeclara et utilia cum e libris Spenceri et Marshami, tum e Witſiano, haurire, varios in primis Aegyptiorum veterum ritus ſacros illuſtratos cognoſcere poterunt.

Cf. Acta Erud. a. 1684. p. 213 ſqq.

Multa de religionibus Aegyptiorum diſputat IACOBUS MARTIN, Monachus Benedictinus congregationis S. Mauri, in opere, ſine nominis mentione in lucem edito, hoc quidem titulo: *Explication de divers monumens ſinguliers qui ont rapport à la religion des plus anciens peuples* etc. (à *Paris* 1739. 4.) p. 144-230. Vaſculum, hieroglyphicis undique litteris et figuris exornatum, occaſionem ſuper hac re diſputandi dedit. Quatuor autem partibus illud diſtinguitur. Prima continet quaedam ſigna Iſidis et Oſiridis. Altera ipſa Iſidis ſolennia exhibet. In tertia parte ipſa Iſis cernitur, ſepta undiquaque Loto, ex corpore eius progerminante, puerumque Mercurium lactans. Quarta pars Anubin cum duobus bobus oſtendit, per quos Apin et Mnevin ſignificari cenſet auctor. In hoc argumento tam caute verſatus eſt Martinius, ut nihil ſumſerit, niſi quod Herodoti, Diodori, Plutarchi, Macrobii, et aliorum, qui de myſteriis Aegyptiorum nonnulla memoriae prodiderint, teſtimoniis comprobare potuit. Quoniam vero annorum computatio ſacrarum rerum particula erat, opere pretium eſſe Marti

 duxit

duxit auctor, acutius diligentiusque, quam ante a multis factum erat, Aegyptiorum diverſam rationem computandi annos definire. Cum iis, quae in libro ipſo ab auctore dicta ſunt, comparandae ſunt rationes, quas in praefatione a pag. 25-38 contra Petavium, Kircheri Oedipum, et in primis Averanii diſſertationem de menſibus Aegyptiorum, ſtudioſe congeſſit.

Anſaldi. CASTI INNOCENTII ANSALDI Diſſ. de veteri Aegyptiorum idololatria ac moribus. Editio altera emendata et aucta; in *Raccolta d'Opuſcoli ſcientif. e filolog.* (Venet. 1741. 12.) T. XXIII. p. 135-226.

Montfaucon. BERNARD DE MONTFAUCON *ſur les anciennes divinités de l'Egypte;* in *Hiſt. de l'Acad. des Inſcr.* XIV. p. 7-14. Cum tabula aenea, repraeſentante Iſidem, cuius capiti niſus inſidet, in auctoris opere: *Antiquité expliquée*, haud obviam. Auctor hac occaſione data nonnulla quoque de aliis Aegyptiorum Diis diſputat. Adiectae ſunt obſervationes Comitis *de Caylus* et *Bozii* ſuper inauratione idolorum veterum Aegyptiorum.

Jablonski. PAULI ERNESTI JABLONSKII (*Profeſſoris theologiae Francof. ad Viadrum* † 1757) Pantheon Aegyptiorum, ſive de Diis eorum commentarius, cum prolegomenis de religione et theologia Aegyptiorum. *Francof. ad Viadr.* Pars I. 1750. Pars II et III. *ibid.* 1752. 8 mai. — Liber multiplici et recondita eruditione pleniſſimus, ex cuius lectione eruditiſſimus quisque uberrimos ſemper fructus percipiet: adeo multa continet, omnibus illis ignorata, qui de Aegyptia antiquitate aliquid aut commentari, aut cum Athanaſiis Kircheris confingere auſi ſunt. Elucet haud vulgaris monimentorum Graecorum lectio, quam linguae Copticae interior cognitio mirifice iuvat; apparet fere ubique

ique integra, caſta, modeſta iudicandi ratio, , ſi vel diſſenſeris aliquando, alia ſentientem ies atque ſuſpicias. De Iablonskio quidem et ex ius eruditiſſimis ſcriptis et ex epiſtolis *la Crozii* eum datis iam antea conſtabat, paene unicum n eruditionis fugientisque antiquitatis Aegy- ie ſtatorem fuiſſe. Exſtant in theſauri epiſtolici *Croziani* tomo I inde a p. 163 triginta et novem lonskii ad *la Crozium* epiſtolae, atque huius noſtrum viginti quatuor in tomo III eiusdem ſauri a p. 149; ex quibus intelligitur, ſolum pticae eruditionis *la Crozii* ex aſſe tunc certe poris heredem fuiſſe Iablonskium, eumque o ſuperaſſe. Difficilem ſane et moleſtum rem ſuſcepit auctor in Pantheo hoc ſcribendo, is ille primas lineas annos XXXI antea iam erat, ut in epiſtola nuncupatoria fatetur, ue pauca ante decennium editionis publicae et ultra perfeciſſe videtur. Hinc eſt unicum ne illud, quod in praeſtantiſſimo opere deſide- poſſit; nempe Iablonskius aliqua, de quibus ae deinde nec contemnendae ſententiae dictae , ita edidit, ut ante plures annos ſcripſerat, ue uſus recentioribus inventis, neque ea re- ns. Primus operis tomus poſt brevem prae- nem agit de Athor, Phtha, Neitha, Cnuphi, rambone et Thermuthi, Oſiride, Ammone, io, Horo, Serapi, Harpocrate, Mendete, uno, et Antaeo, Diis Aegypti. Secundus us praefationi ſubiungit feminae nobilis cogi- de cultu bovis, a Iablonskio neque ornata ie perfecta, ſed ſola Latinitate donata. Se- ntur prolegomena, quae excipit liber III et IV Diis Aegyptiorum. Ultimum librum habet us tertius, additque indicem, pro praeſtantia is variaque eius eruditione minus copioſum,

nec cupidis ſatisfacientem. A prolegomenis, quamvis tomo demum ſecundo praemiſſis, totius Panthei lectio ordienda, alioqui fruſtra conquereremur, nullum apparere theologiae veteris Aegyptiacae ſyſtema, quod in tomo primo a nonnullis reprehenſum erat, antequam prolegomena prodirent. Omnia fere, quae ad pleniorem ſapientiae, religionis et theologiae Aegyptiorum cognitionem facere poſſint, in unum quaſi collecta inveniuntur in prolegomenis. Additae praeterea ſunt cogitationes de origine cultus taurorum, complexae rationes quasdam probabiles, ex quibus perſpici queat, quanam de cauſſa non Aegyptii modo, aliaeque gentes, verum ipſi quoque Iſraëlitae, cultu vitulorum infinitum numen offendere ſuſtinuerint. In opere ipſo auctor tum veterum Aegypti philoſophorum doctrinas explicat, tum ritus Aegyptiorum permultos exponit, tum etiam difficilioribus quibusdam locis, quae ſaepius eruditorum virorum exercuerunt ingenia, lucem affundit clariorem. Quaecunque vero de Aegyptiorum doctrinis artibusque priſcis et genuinis dicenda erant, ea omnia ex ſcriptoribus optimis magna induſtria eruit, eosque ab interpolationibus Graecorum recentioribus ſollicite vindicavit. Deinde vero in id ſedulo incubuit, ut nomina Deorum Aegyptiorum, aliaque Aegyptiis propria, non ex peregrino Hebraeorum, Arabum, aut etiam Graecorum ſermone, ſed ex avita Aegyptiorum dialecto, cuius reliquiae in lingua ita dicta Coptica hodienum ſuperſunt, diligenter explicaret atque illuſtraret.

Cf. Relationes de libris novis Gotting. Faſc. III. p. 250-275. Faſc. IV. p. 516-560. Cuius cenſurae auctor, I. D. MICHAELIS, varias animadverſiones doctas adſperſit.

Nova

Nova Acta Erud. a. 1752. p. 280-288. 595-606. *Zuverläſsige Nachrichten von dem gegenwärt. Zuſtande der Wiſſ.* P. CXXXI. p. 771-808.

Opus praeſtantiſſimum ac ſplendidiſſimum a Comes d ɔctiſſimo Comite DE CAYLUS in lucem editum Caylus. ıc inſcriptione: *Recueil d'Antiquités Egyptiennes, 'ruſques, Romaines et Gauloiſes* (à Paris 1752-'67. VII Voll. in 4.) permulta quoque praebet cognoſcendam veterum Aegyptiorum rem ſaam, cum figuris aeri inciſis, tum earumdem uſtratione. Volumen ultimum praecipue aeſtiandum propterea, quod auctor tabulam Iſiacam lebrem denuo aeri incidi iuſſerit, eamque amis egregiisque obſervationibus ornaverit.

(DE BROSSES, *Préſident du Parlement de Dijon* de Broſſes 1777) *Du culte des dieux Fétiches, ou Parallèle* *ɛ l'ancienne Religion de l'Egypte avec la Religion ſuelle de Nigritie.* à Paris 1760. 12 mai. Theoſce (a .... Piſtorio) Berol. et Stralſ. 1785. 8. iſtorii pater, *Hermannus Andreas*, Praepoſitus :cleſiae Poſeritianae in inſula Rugen, adiecit huic erſioni: *Einleitungsverſuch über Aberglauben, Zauerey und Abgötterey, und andere Zuſätze.*

CHRISTOPH MEINERS *Verſuch über die Re-* Meiners. *gionsgeſchichte der älteſten Völker, beſonders der 'gyptier.* Goetting. 1775. 8. — Non hiſtoriam ɔſam religionum veterum, in primis Aegyptiacae, ɛd introductionem potius in eandem ſiſtere voluit uctor in hoc argumento verſatiſſimus. Magis utem deſtruere quam exſtruere nititur. Vulgarem ɛmpe opinionem de veterum Aegyptiorum ſaientia eximia e doctorum hominum animis evelere, verborum ac ſententiarum praeſtigias, quibus defenſores fanatici religionis gentilium ſtultitiam et vecordiam idololatriae occultare ſtuduere, tollere, atque ὑποθεσεις varias, quarum ope

ſectatores ſenſus allegorici et myſtici ſuperſtitio-
nem Aegyptiorum abſurdam ſanam probabilem-
que reddere cupierunt, profligare conatur. Maxi-
ma vero libri pars verſatur in examinandis fonti-
bus, e quibus harum rerum amatores hauri
ſolent, codice ſacro, Herodoto, Manethone, Di
doro, Plutarcho, Porphyrio, Iamblicho, H
rapolline, ſcriptis Hermeticis et monimentis Ae
gyptiis. Iungenda his ſunt, quae Meinerſius a
quot annos poſt memoriae tradidit in libro, q
inſcribitur: *Hiſtoria doctrinae de vero Deo* (Le
gov. 1780. 8.) p. 43 ſqq. ubi praeter alia loc
exſtat admodum memorabilis: „Quodſi omn
„quae Aegyptiorum ſacerdotes de gente ſ
„Graecis hominibus tradiderunt, cum immen
„qua tantopere exſultabant, hiſtoriarum antiq
„tate compares; non ſine admiratione ſive for
„indignatione invenies, omnia fere ad nuda n
„mina, incertas et fabulis corruptas auditione
„ficta denique miracula redire, et nihil praeter
„relinqui, unde ſuſpicari quis poſſet, Varrone
„quendam ſive excellentem rerum geſtarum ſcri
„ptorem inter Aegyptios inclaruiſſe. Ignoraba
„omnium paene artium et vitae commoditatu
„origines atque inventores; neſciebant Deoru
„ſuorum hiſtorias, religionumque ortus, pr
„greſſus et converſiones: ne tempora quide
„accurate notaverant, quibus florentiſſimae urb
„conditae, vel portentoſae pyramidum moles c
„ſtructae fuerant. Quae cum ita ſe habean
„recte inde concludi poſſe arbitror, Aegypti
„nunquam veros ac fide dignos annales habuiſſe.
Et quae ſunt reliqua.

Cf. *Auserleſene Bibl. der neueſten teutſchen Litterat*
T. VIII. p. 163-188. Quae cenſura MAUVILL
NUM, Brunſvigae nunc degentem, auctorem hab

Phil

ologiſche Bibl. T. III. p. 241 - 266.
em. teut. Bibl. Anhang zu dem 25 — 36 *Bande*
. III. p. 1591 - 1598.

)H. CHRISTOPH. GATTERERI de Theo- Gatterer.
Aegyptiorum Praelectiones II; in *Commentt.*
reg. ſcient. Gotting. ad a. 1784 et 1785.
ng. 1786. 4.) — In praelectione prima
contemplatur claſſes tres Deorum Ae-
rum in genere, ſecundum Herodotum
. cap. 145. 43 et 156). Inveſtigare prae-
ſtudet, cur tres claſſes fuerint? cur tot nec
in unaquaque Dii poſiti? cur denique Dii
uiusque claſſis a Diis claſſis praecedentis
icantur? Quas quidem quaeſtiones lucem
re credit ex alio Herodoti loco (L. II.
32), cuius argumentum aſtrologicum et
ologicum docte ingenioſeque illuſtrat. In
ctione altera Dii ſingularum claſſium ſigil-
conſiderantur. Ubi ſimul varia de re Ae-
rum chronologica rectius, quam antea,
tur.

2. *Scriptores ſpeciales.*

ERH. RUD. ROTH Diſſ. de Oſiride, Iſide, Roth.
ac Typhone, Diis olim Aegyptiis. *Jen.*
. 4. — In cap. I auctor, artis criticae haud
s, ſimpliciter recenſet hiſtoriam horum
num; II varias tam veterum quam recen-
n auctorum opiniones coniecturasve affert;
opriam ſententiam ac ἐπίκρισιν ſuper has opi-
s exponit, dum v. c. obſervat, quae paſſim
olis iſtis narrantur, non uno tempore acci-
ſed plures hiſtorias in illis accumulatas eſſe;
egypto non eandem ſemper religionis ratio-
fuiſſe etc. IV adduntur caerimoniae ac ritus
haec numina ab Aegyptiis obſervati.

ADAMI

Tribbechov. ADAMI TRIBBECHOVII Diſſ. hiſtorica Oſiride. *Kilon.* 1671. 4.

Iehring. IOH. CHRISTOPH. IEHRING Obſervatio etymo Oſiridis et Baal-Peor; in *Bibl. Brem.* Claſſ. V. Faſc. II. p. 387-390. *Brem.* 1721. 8.

Calliachius. NICOLAI CALLIACHII Diſſ. de Oſiri nunc primum edita; in *Ioh. Poleni* Suppl. ad Th Antiqq. Graec. et Rom. Vol. IV. p. 305 ſqq.

* * *

Lehmann. IOH. LEHMANNI Diſſ. hiſt. de Serapide, A gyptiorum Deo maximo. *Viteberg.* 1666. 4; et *Tho. Crenii* Muſeo philol. et hiſt. (*Lugd. Bat.* 16 8.) p. 401-428.

Maior. IOH. DAN. MAIORIS Serapis radiatus, n dicus Aegyptiorum Deus, ex metallo et gemn *Killae* 1685. 4.

Galliot. GALLIOT, *Antiquaire de Ste. Genevieve, Diſ tation ſur le dieu Serapis.* à Paris 1760. 8.

* * *

van Bashuyſen. HENRICI IACOBI VAN BASHUYSEN D de Iſide magna Deorum matre. *Serveſt.* 1719.

Oliva. IOANNIS OLIVAE, *Rhodigini*, in Marm Iſiacum Romae nuper effoſſum exercitationes Reverendiſſ. P. Magiſtrum F. Antonium Cloc totius Dominicanae familiae Generalem. *Ro* 1719. 8. — De Iſidis cultu apud Romanos a ctor in primis diſſerit, occaſione marmoris obſ vatu utique digni, in tabula aenea delineati, di genterque ac docte ab auctore deſcripti et ill ſtrati.

Cf. Acta Erud. a. 1720. p. 392 ſqq. ubi et tabula a nea curis ſecundis exhibetur.

Gebauer. GEORGII CHRISTIANI GEBAUERI, Vrat lavienſis, (*poſtea Profeſſoris iuris Goettingenſis*) ide

ı illud marmor Iſiacum exercitatio; in *Actis* *l.* a. 1720. p. 395-402. Oliva in nonnullis ;utatur, praecipue in eo, quod ille locum ıdam in Apuleii Metamorph. L. XI, ubi pompa ꝫa deſcribitur, ad ſententiam ſuam trahat.

FRANC. GRISELLINI *Diſſertazione mitologica rica ſopra la Dea Iſide;* in *Raccolta d'Opuſcoli tif. e filol.* T. XXXIX. p. 297-350. Griſellinus.

'aſcia Iſiaca ſtatuae Capitolinae, nunc pri- n in lucem edita, MELCHIORE A BRIGA, c. Ieſu, interprete. *Romae* 1716; et in Actis l. a. 1722. p. 537. della Briga.

ONTENU *diverſes conjectures ſur le culte d'Iſis ermanie;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcriptt.* T. V. ; ſqq. Fontenu.

Eiusdem *Diſcours ſur Iſis adorée chez les Sueves la figure d'un navire;* ibid. p. 84 ſqq. — Con- ırae nonnullae, in his diſſertationibus expoſi- docte ſub examen vocantur in ſcriptis ſequen- ;.

IOH. GOTTLOB BOEHMII Diſſ. II de Iſide, vis olim culta, ad locum Taciti de mor. Germ. L. Lipſ. 1748. 1749. 4. — Demonſtratur, m, a nautis cultam, inter inſignia habuiſſe gium; in eius honorem templa in fluviorum marıumque oris exſtructa fuiſſe. Idem fe- Suiones, populum Germaniae, in littoribus is Balthici olim ſedentem; quippe qui Claudio . Rom. magna cum navium vi in Pontum inum, Zoſimo teſte, penetraverit, eaque forte cultum Iſidis didiciſſe. Huc etiam pertinere a, in urnis Sileſiacis reperta etc. Plura alia Iſide eiusque cultu adſperſit auctor elegantiſſi- l. Boehme.

Nuperrime prodiit diſſertatio docte ſcripta, huc m quodammodo referenda, IOH. IACOBI Oberlin.

OBER-

OBERLINI, Prof. Argentoratenſis, in qua ſi et deſcribit *L. Apuleium Aegyptiis myſteriis initiatum.* Argent. 1786. 4.

* * *

Menſa Iſiaca.

Huc quoque pertinet nobilis iſta *Menſa Iſi* quam tempus miro fato nobis conſervavit. In derat enim in manus fabri alicuius, e quibus cc fringendam et conflandam eripuit Petrus Bemb qui ab iſto hoc monimentum aere redemit. eo Dux Mantuae Vincentius accepit, inter cu ſupellectilem, urbe Mantua a Caeſareis occupa a. 1630 cum reliqua praeda direpta ita evan ut nemini de ea aliquid amplius innoteſcei Tandem ab archiatro Ducis Sabaudiae repe theſauris heri antiqui illata eſt. Ea vero elega tiſſimis figuris aeri inſculptis auroque diſtinctis perbiens luculentum exemplum exhibere dic ſapientiae Aegyptiacae nullis eruditorum labo bus ita explicandum, ut non foecundis inge materia abunde ſuperſit, longe alia inde exſc pendi. KIRCHERUS enim, aenigmatum hie glyphicorum interpretationes ad res ſacras et ligionis referens, neſcio quae myſteria ſibi erul viſus eſt, religioni Chriſtianae proficua. LAURE TIUS vero PIGNORIUS, Patavinus, Presby Tarviſinus, Philologus et Archaeologus, ci Initium ſaeculi ſuperioris clarus, philoſophiae m ralis atque politicae praecepta in ea reperiſſe c didit. Cuius commentarius primum prodiit h

Pignorius.

epigraphe: *Menſae Iſiacae, ſeu vetuſtiſſimae tabu aeneae ſacris Aegyptiorum ſimulacris caelatae ex catio; cum auctuario de variis veterum haeretico amuletis ex antiquis gemmis et ſigillis.* Venet. 1605. Francof. 1608. 4. Editio auctior hoc titul L. PIGNORII *Menſa Iſiaca, qua ſacrorum ap*

Ae

ptios ratio et ſimulacra ſubiectis tabulis aeneis exhibentur et explicantur. Acceſſit eiusdem *de a Deûm matre diſcúrſus, et ſigillorum, gemma- amuletorum aliquot figurae et earundem ex Kir- , Chifletioque interpretatio, nec non* Iac. Phil. naſini *manus aenea, et de vita rebusque Pignorii atio.* Amſtelod. 1669. 4. CLAUS RUDBE- Rudbeck.
ıs in Atlantide P. II cap. 11 Calendarum Ru- n ex tabula iſta exſculpſit; et IO. FRID. WARTUS (in admirandis ethnicae theologiae Herwart.
ɜriis. *Monach.* 1626. 4.) magnetis pyxidisque cae naturam et admirandos effectus uſum- n re nautica in illa adumbrari, orbi litterato adere voluit. Exſtat quoque huius tabulae, at e delineatae, explicatio apud MONTFAUCON Montfau-
atiquité expliquée T. II. P. II. L. 2. cap. 1-3. con.
n BANIERII *Mythologie* etc. T. II. L. 6. Banier.
7. PAUL. ERN. IABLONSKIUS in Pantheo Iablonsky.
yptiorum varia huic tabulae explicandae in- entia propoſuit. Vid. etiam, quae IO. CHRI- PH. WAGENSEIL, teſtis oculatus, de ea tra- Wagenſeil.
in Commentatione de S. R. I. libera civitate bergenſi (*Altorfi Nor.* 1697. 4.) p. 83 ſqq. que teſtis oculatus, IO. GEORG. KEYSSLE- Keyſsler.
in *Neueſte Reiſen durch Deutſchland* etc. p. 194 d. alt. — BRUCKERUS in hiſt. crit. philoſ. . p. 250 ed. ſec. recte de hac re ita iudicat: ıdite et conquiſitis ſpecioſis argumentis et orium et Rudbeckium viros doctiſſimos, et hero eruditione atque iudicio longe ſuperio- argumentum excuſſiſſe non negamus, ex rſiſſimis tamen de ſignificatione hieroglyphi- im harum imaginum opinionibus ſole meri- o clarius eſt, fruſtraneum eſſe laborem, qui interpretandis ſolvendisque his aenigmatibus ſumitur; cum, prout quis magis eſt ingenio foecun-

ſoecundus, et a cognitione veterum rerum non imparatus, eo facilius ſibi ſtruit explicationem non incommodam, ſed ſui potius ingenii luſibus, quam veritate nixam."

Paſſeri. IOH. BAPTISTA PASSERIUS in Theſauro gemmarum antiquarum aſtriferarum (*Florent.* 1750. fol.) Vol. III. Diſſ. III oſtendit, ſerpentes quoque eſſe in Iſidis apparatu, atque de eorum ſignificatu diſputat.

* * *

Iablonski. PAULI ERNESTI IABLONSKII de Memnone Graecorum et Aegyptiorum, huiusque celeberrima in Thebaide ſtatua Syntagmata III. Cum figuris aeneis. *Francof. ad Viadr.* 1753. 4. Eſt hic mole exiguus libellus, copia rerum ſpectabili magnus, appendix tanquam libri Iablonskiani de Diis Aegyptiorum, quem paullo ante enarravimus. Syntagma primum de Memnone Graeco, ſecundum de Aegyptio, de eius ſtatua celeberrima tertium agit. Fuit nempe antiquiſſimis temporibus, ſupereſtque in hunc diem quamvis non integra, ad Thebas Aegyptias ſtatua eam ob cauſſam nobiliſſima, quod non incerto rumore, ſed teſtibus multis minime poenitendis, ſub ortum ſolis vocem edere diceretur. Nec ipſis quidem Aegyptiis Memnon illa dicebatur ſtatua, ſed Amenophis (quod nomen pro more ſuo Graeci, linguae ſuae nomen non multum diſſonans mutantes, Memnonem nominarunt) teſtibus Pauſania, aliisque, atque etiam inſcriptionibus in ea Pocokio lectis; idque nomen linguae Aegyptiae Iablonskius *cuſtodem urbis Amon No* ſ. Thebarum interpretatur. Nempe Thebae Aegyptiis ipſis ſunt No Amon vel Amon No, tanquam tu diceres, *Amonis portio*, eoque nomine et in ſacris litte-

is vocantur: *phi* autem *cuſtodem* ſonat. De-
ſit illam, qualis in hunc usque diem ſupereſt,
dia parte a Cambyſe, in Aegyptiorum idolo-
am ſaeviente, truncata, diligentiſſimus ſcriptor
›eporicus Pocokius, quo multum et bene
eſt Iablonskius. Neque alium eſſe coloſſum
›kianum a ſtatua Amenophis, et locus The-
ıntiquis proximus, qualemque antiqui deſcri-
ınt, et forma ſtatuae, et lapis, ex quo facta
et inſcriptiones frequentes, ſaeculo ſecundo
:ae, quae Memnonis et Amenophis nomen
:nt, vocemque ab eo editam celebrant, argu-
to ſunt; quod contra *Claudium Sicardum*
:tatur. Diligenter auctor diſſerit de magnitu-
, de humana ſtatuae forma, puero ſurrecturo
ıa ſede ſimili, deque colore lapidis; in primis
:n de voce, quam ſtatua ſub ortum ſolis edere
›atur. Merae quidem hae ſacerdotum frau-
quas et ſuſpicatus Strabo eſt, qui tanquam
m ictus magni audivit, ne certus quidem, an
liquo circumſtantium editus fuerit; neque
ıt lapides mirifice ſonori, et tanquam muſici,
ıatura lapidis artificio favere potuerit. —
:n autem, non hominem putat auctor, The-
m Memnonem, quippe et tanquam Deum
ım; unde fabuloſa putanda ſunt, quaecun-
ab antiquis traduntur, de coloſſo hoc regis
ine. Nullis enim mortalibus divini in Ae-
o honores, quod Pantheon Iablonskii abunde
ıit. Neque eſt in omni Aegyptiorum hiſtoria
rex Memnonis nomine. Cui autem Deo
a, quae Memnonis dicitur, poſita fuerit, in-
ım eſt. Reliquas eruditionis copias tacemus.

. Relationes de libris novis Gotting. Faſc. VI. p. 453-465.
›ttinɡ. *Anzeig.* a. 1753. p. 690 ſqq.

* * *

Trigland. IACOBI TRIGLANDI Diſſ. de Ioſepho Patriarcha, in ſacri bovis hieroglyphico ab Aegyptiis adorato. *Lugd. Bat.* 1700. 4; et ad calcem diſſertationum eius *Delphis* 1728. 4. iunctim editarum.

Michaëlis. IOH. DAVIDIS MICHAELIS Diſſ. de Iehova, ab Aegyptiis culto ac pro Cnuphi ſeu Demiurgo, numine Aegyptiorum, habito; in *Commentar. Societ. Scient. Gotting.* (1752. 4.) T. I. p. 267-291. — E libro II Reg. XXIII, 34 demonſtratur, Aegyptios iam tempore Pharaonis Necho Iehovam pro vero Deo coluiſſe. Praeterea auctor probare ſtudet ex erroribus Gnoſticorum, philoſophiam maxime Aegyptiacam ſectantium, Aegyptios veteres forte Deum Moſis ſ. Iehovam pro Cnupho ſ. Demiurgo ſ. creatore mundi habuiſſe. Iablonskii coniecturae aliquot de Cnupho ſub examen modeſtum vocantur.

Schwabe. IO. GEORG. SCHWABII Diſſ. de Moloch et Remphan. *Witteb.* 1664. 4.

Iahn. GOTTLIEB IAHN Diſſ. II de Chiun. *Witteb.* 1705. 4.

May. IOH. HENRICI MAII Diſſ. de Kijun et Remphan; in *eiusd.* ſelect. exercitatt. philol. et exeg. (*Francof* 1711. 4.) T. I. p. 763 ſqq.

Harenberg. IOH. CHRISTOPH. HARENBERG Diſquiſitio coniecturalis propemptica de idolo Chiun et Remphan, ex ultimis Aegypti antiquitatibus depromta. 1723. 4.

Iablonski. PAULI ERN. IABLONSKII Remphah, Aegyptiorum Deus ab Iſraelitis in deſerto cultus nunc ex lingua et antiquitate Aegyptiaca erutus et illuſtratus. *Francof. et Lipſ.* 1731. 8. — Occaſionem huic diſſertationi dederunt loca codicis ſacri duo, apud prophetam Amos V, 25. 26 et

Act.

.ct. Apoſt. VII, 43. Vocabulum *Remphah* ſigni-
care *regem coeli*, et quae ſunt rel.

Cf. *Teutſche Acta Erud.* P. CLXIV. p. 596-6c8.

CHRIST. GOTTLOB FRID. WOLFF Diſſ. de Wolff.
Chiun et Remphan. *Lipſ.* 1741. 4.

NICOL. GUIL. SCHROEDERI Diſſ. de taber- Schroeder.
nculo Molochi et ſtella Remphan. *Marburg.*
745. 4.

IACOBI PERIZONII Diſquiſitio philologica Perizonius.
e Buſiride. *Lugd. Bat.* 1700. 4.

HERM. BORDEWISCH Diſſ. de immolatis ab Bordewiſch
egyptio Buſiride peregrinis advenis. *Viteberg.*
720. 4.

GISBERTI CUPERI Harpocrates, ſive expli- Cuper.
atio imagunculae argenteae perantiquae, quae in
guram Harpocratis formata repraeſentat Solem.
iusdem monumenta antiqua inedita. Accedit
TEPHANI LE MOINE epiſtola de Melanophoris.
Trajecti ad Rhenum 1687. 4. Haec eſt editio altera
ctior priore, quae *Amſtelod.* 1676. 8. lucem
iderat. — Quum auctor in figura, quam libri
ſcriptio commemorat, varia Aegyptiorum my-
eria repraeſentari animadverteret, non male
cturum ſe arbitratus eſt, ſi diligentiore illam
rutinio excuteret. Nihil autem aliud per Har-
ocratem denotari cenſet, quam Solem, ad quem
t Deos alios ab idololatris relatos fuiſſe conſtat;
anquam per eundem labro digitum imprimen-
em, et ſilentium commendari non abnuit. Sen-
entiam hanc ſuam inter alia exinde probat, quod
n gemmis loto, et quidem explicatae, inſideat
Harpocrates. Aegyptios enim, cum orientem
olem exprimere voluiſſent, infantem hunc in
modum depinxiſſe, eo quod ſol, uti Plutarchus
enſet, ex humidis accendatur, vel exhalationi-

bus alatur; dein, quia in alia gemma Harpocrates puerili habitu una cum ſtella et leone conſpiciatur: Leonem enim ſoli dicatum eſſe; nec pauca ſimilia inter ſe habere ſidus illud atque hoc animal. Lotum autem ideo ſoli fuiſſe dicatam a ſuperſtitionis ridiculae hominibus, quia ſole oriente ſe explicet, et occidente illo ſe claudat. Porro imagunculam iſtam ſolis ſymbolum atque hieroglyphicum eſſe, alae quoque additae et pharetra Cupero ſunt argumento. Sic et reliqua explicantur, variisque inſcriptionibus et gemmis illuſtrantur. Simul ſub examen vocantur coniecturae *Baudelotii de Dairval*, qui in libro: *De l'utilité des voyages* (*à Paris* 1686. II Voll. in 12.) priorem quidem Harpocratis Cuperiani editionem laudavit, ſed in diverſa quaedam abiit. Qua ipſa occaſione Cuperus plauſibilia pro ſententia ſua ſtabilienda profert. Monimenta antiqua inedita, editioni alteri addita, inſcriptiones videlicet, ſtatuae ac numi non magis Aegyptum ſpectant, quam *Stephani le Moine* Epiſtola de Melanophoris, qui in inſcriptionibus quibusdam occurrunt. Exiſtimat tamen auctor epiſtolae, Μελανηφόρυς quoque ſpeciatim ſacerdotes Iſidis fuiſſe dictos, quod velum huius Deae nigrum eſſet, terramque repraeſentaret; nam terram Iſidis nomine deſignari. Putat autem et ideo μελανηφόρυς nuncupari potuiſſe Iſidis ſacerdotes, quod nigris induti fuerint veſtimentis; quam rationem et illico Cupero tum interroganti ſe ingeſſiſſe innuit.

Cf. Acta Erud. a. 1687. p. 693-701.

Spon. IACOBUS SPONIUS in *Recherches curieuſes d'antiquité* (à Lyon 1683. 4.) diſſertationem quoque perdoctam, eamque ſeptimam, exhibuit de variis Harpocratis formis et ſigno pantheo.

Lau-

Laudanda etiam, quae de Harpocrate docet FRID. BOERNERUS in Antiquitatibus medicinae Aegyptiacis (*Vitemb.* 1756. 4.) §. 24-28. Boerner.

IOAN GOTTLOB GUIL. DUNKEL de εἰκτῶνι Aegyptio, ſive de Ictonis, Dei Aegyptiorum, nomine et numine; in *Miſc. Lipſ. novis* Vol. X. p. 7 ſqq. Dunkel.

(RENATI) OLIVIER (Patris Oratorii ....) *Diſſertation ſur Jupiter Ammon.* à Paris 1756. 4. Olivier.

* * *

ELIAE GEISLERI Diſſ. de cultu idololatrico beſtiarum. *Lipſ.* 1669. 4. Geisler.

BANIER *Diſſertation ſur l'origine du culte que les Egyptiens rendoient aux animaux;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcr.* T. III. p. 84-98. Ingenioſe magis quam veritati hiſtoricae convenienter argumentum explicatur. Banier.

BLANCHARD *Mémoire hiſtorique ſur les animaux reſpectés en Egypte;* ibid. T. IX. p. 20-36. Herodotum, Diodorum, Strabonem et Plinium, de cultu animalium Aegyptiis uſitato, auctor illuſtrare atque inter ſe conciliare ſtudet. Blanchard.

CAROLI FRID. MENNANDER Diſſ. de ophiolatria gentilium. Aboae 1752. 4. Mennander.

FRID. SAM. ZICKLERI, *Ordin. philoſ. in Acad. Ienenſi Adiuncti, (poſtea Prof. Theol. eiuſd. Acad.* † 1779) de Aegyptiis beſtiarum cultoribus diatribe. *Ienae* 1756. 8. Ante iam idem exhibuerat *Diſſertationem generatim exponentem religionem beſtiarum ab Aegyptiis conſecratarum* (ibid. 1746. 4.) in qua breviter ſolum perſtrinxerat, quae poſtea uberius expoſuit. — Opera auctoris praecipua ad rectam codicis ſacri interpretationem tendit. Quocirca cultum beſtiis nefarie olim exhibitum, quem ſparſim ſubinde et brevius ſcri- Zickler.

ptores alii tractaverant, ordine et nexu paullo uberius exponere ſtuduit. Integra commentatio tribus abſolvitur partibus, ita quidem ut de cultu animalium ipſo prior, altera de ſuperſtitioſa eorundem conſervatione exponat, tertia denique prioribus iſtis, curis ſecundis illuſtratis, ſuperaddita in antiquiſſima religionis huius origine indaganda occupetur. Poſtquam igitur de Aegyptiorum in Deos religione generatim diſputatum fuit, ζωολατρειας eorundem praecipua mentio iniicitur; et quae animalia tum ab omni Aegypto, tum ab aliquibus modo eiusdem incolis ſuperſtitioſe fuerint culta, indicantur. Deinde de praeſtita beſtiis et divina plane reverentia ea quidem lege exponitur, ut non vivis modo eis, ſed earum quoque ſimulacris et imaginibus exhibitam fuiſſe doceatur; neque minus de fanis earundem, deque ſacerdotibus ipſarum et oraculis ſcitu neceſſaria proponuntur. Quibus de ſuperſtitioſa beſtiarum conſervatione tractatio ſubiungitur, in qua non ratio modo illorum, qui animalium conſecratorum nutritionem curarunt (et inde Geneſ. 47, 6 explicatur); ſed ipſa quoque beſtiarum harum educatio et ſumma Aegyptiorum in conſervatione earundem cura probatur; atque inde doctrina de ſacrificiis eorum exponitur; e qua lux affunditur dicto Moſis Exod. 8, 22. Probata hinc abſtinentia Aegyptiorum a comeſtione beſtiarum ſacrarum et variis inde ſacri codicis dictis illuſtratis, ſuperſtitio illorum circa mortuas deſcribitur, et de cultus huius origine diſſeritur, dum non ſolum potiores doctorum virorum ſententiae de iſta recenſentur, ſed etiam illa, quae genuina viſa eſt, exponitur atque ex antiquitate eruitur.

de Schmidt. FRID. SAM. DE SCHMIDT Diſſ. de cepis et alliis ab Aegyptiis cultis, ad Academiam regiam ſcien-

ſcientiarum Lugdunenſem; in *eiusd.* Opuſ. p. 69-96. — Aegyptiorum circa cepas, allia porrumque ſuperſtitionem nonnulli memoriae prodiderunt, quorum teſtimonia auctor primo loco colligit. Alii Aegyptios cepis abſtinuiſſe ſcribunt, non quod eas adorarent, ſed quod penitus abhorrerent ab iis: quanquam nec alii deſunt, qui in victu cepas adhibitas fuiſſe dicant. Hinc auctor coniicit, non in omni Aegypto eam ſuperſtitionem viguiſſe, ſed in uno tantum Nomo apud Peluſiotas. His in oris Typho ſedem fixerat, qui maris praeſes credebatur. Huic igitur cepa marina ſacra fuit, quae etiam oculus Typhonis appellabatur. Caeteris cepis, hac ſola ſpecie excepta, uti Aegyptiis licuit.

CRISTOPH MEINERS *Abhandlung über den Thierdienſt der Egypter und die wahrſcheinlichen Urſachen ſeiner Entſtehung und Erweiterung;* in *Philologiſchen Bibliotek* (Goetting. 1775. 8.) T. III. p. 1-25. p. 185-214. Poſtea in eiusd. *vermiſchten philoſophiſchen Schriften.* (Leipzig 1775. 8.) T. I. Diſſ. VII. — Cauſſas in primis ſagaciſſimus auctor indagare et examinare ſtudet, propter quas veteres Aegyptii beſtias coluiſſe a veteribus et recentioribus dicuntur. Quarum mira eſt varietas, mythologicae nimirum, hiſtoricae, politicae, phyſicae, allegoricae. Critices ac philoſophiae ſanae ope Meinerſius nonnulla hac in re acutius vidit, quam omnes, qui ante eum de eadem diſſeruerunt. Conferri tamen cum eius ſententiis utique merentur, quae cenſor anonymus ingenioſe ac docte monuit in *Auserleſene Bibliothek der neueſten teutſchen Litteratur* (Lemgov. 1776. 8.) T. IX. p. 276-283. Meiners.

* * *

Knoblach. IOH. HENRICI KNOBLACH Diſſ. de Apide bove atque idolo Aegyptiorum. *Vitemberg.* 1694. 4.

Terrin. CLAUDE TERRIN *Diſſertation ſur le Dieu Pet, diviniſé par les Egyptiens;* in *Continuation des Mémoires de Litterature* (à Paris 1726. 8.) T. I. p. 48-60.

* * *

Boſſo. HIERONYMI BOSSII, *Ticinenſis, Civis nobilis et Patricii Romani, atque in Palatina Academia regii eloquentiae Profeſſoris*, Iſiacus, ſive de ſiſtro opuſculum. *Mediolani* 1622. *) 12. (Rarioribus libellis adſcribitur); et in *Alb. Henr. de Sallengre* nov. Theſ. antiqu. Rom. T. II. p. 1373 ſqq. — Variae de ſiſtrorum forma ſententiae ſub examen vocantur.

Cf. CLEMENT Bibl. T. V. p. 127.

Bachini. BENEDICTI BACHINI, *Monachi S. Benedicti apud Divum Ioannem Evangeliſtam, S. officii Conſultoris, ac Sereniſſ. Rainucci Parmae, Placent. etc. Ducis Theologi*, de ſiſtrorum figuris ac differentia ad illuſtriſſ D. D. Leonem Strozza ob ſiſtri Romani effigiem communicatam, Diſſertatio. *Bononiae* **) 1691. fol. Quae editio cum ſit rariſſima,

*) Comes *Mazzuchelli* in *Scrittori d'Italia* Vol. II. P. III. p. 1857 laudat etiam editionem Mediolanenſem a. 1612, de qua, ut nobis videtur, dubitandum.

**) Ita Comes *Mazzuchelli* l. c. Vol. II. P. I. p. 8. et *Freytag* in Anal. litter. p. 61. Alii Parmae prodiiſſe opuſculum falſo affirmant. Nec a Tollio ex Italico in Latinum ſermonem translatum, ut *Fabricius* in Bibliographia antiquaria p. 526. neque anno 1680, ut idem *Fabricius* in Conſpectu theſauri litterarii Italiae p. 177 ſcribit, ſed, Bononiae a. 1691 a Bachino Latino ſermone conſcriptus, evulgatus fuit.

na, *) IACOBUS TOLLIUS eam typis repeti
vit et auxit, *Trajecti ad Rhen.* 1696. 4. Et
: editio cum rara fieret, *Graevius* eam inſeruit
:ſ. Antiquit. Rom. T. VI. p. 409 ſqq. —
ae ſuperſtitionis monimentum libellus exhibet,
lelineatas oculis lectorum obiicit varias ſiſtro-
figuras, anguliformia, ovalia, varie manu-
a, loto exornata; ut omnino unius generis
nam omnia habuiſſe, quod Boſſius exiſtimaſſe
tur, non cenſendum ſit. Oſtendit potius
binus, non omni ſiſtro omnia convenire, ſed
m in modum alia efformata fuiſſe; neque
n omnibus impoſitam, ſed ſphingem inter-
, interdum lotum, interdum humanam effi-
a, aliquando et nudum exſtitiſſe ſiſtrum. Inde
ropagatis Iſiacorum myſteriis differit, ac quam
patuerit Iſidis cultus, docet. Iſidem ab Ae-
to Romanos, a Romanis Graecos accepiſſe,
ultum eius apud Graecos invaluiſſe, cum Ro-
: iam diu viguiſſet, obſervat: nec ſacra eius
ſacris Magnae Deúm Matris ſeu Cybeles ea-
prorſus fuiſſe cenſet; an tamen utraque tan-
coaluerint, ambigit. *Tollius* in ſubiecta diſſer-
oni obſervatione, quatuor in ſiſtro virgulas ae-
, quatuor elementorum harmoniam ſonoro
itu ſignificaſſe coniicit, ovalem figuram Chaos
iquorum adumbraſſe, forte etiam quatuor anni
pestatum converſionem iſtis virgis deſignatam
ſe, exiſtimans. Idem in tabula aenea com-
res ſiſtrorum formas, e numis et gazis illuſtrium
minum et doctorum virorum petitas, exhibet.

Cf. Acta Erud. 1696. p. 246.
CLEMENT Bibl. T. II. p. 323 ſq.

*) Auctor non niſi quinquagies diſſertationem excudi curaverat.

Lettre etc. *Lettre d'un Anonyme concernant un Traité ſur le Siſtre;* in *Bibl. choiſie* T. XVI. p. 167-191. — Siſtrum nunquam inſtrumentum militare fuiſſe oſtenditur.

* * *

De ſacerdotibus Aegyptiorum nonnulli ſcriptorum a nobis iam laudatorum egerunt, praecipue MARSHAMUS in Canone chron. p. 215 ſqq. Data vero opera ſequentes:

Zentgraf. IOH. IOACH. ZENTGRAF Diſputatio hiſtorica de Ianne et Iambre, celeberrimis Aegyptiorum Magis. *Wittеberg.* 1669. 4.

Nicolai. IOH. NICOLAI, Tractatus de Synedrio Aegyptiorum, illorumque legibus; de quo paullo poſt. Hoc loco laudatur, quia etiam de ſacerdotibus Aegypt. multa inſunt.

de Schmidt. FRIDERICI SAM. DE SCHMIDT, *Domini de Roſſan, Seren. Princ. March. Bada-Durlacenſ. Conſ. Leg. intimi*, Diſſertatio de ſacerdotibus et ſacrificiis Aegyptiorum, quam illuſtriſſ. Acad. reg. Inſcr. et lib. artium Lutetiae Pariſ. praemio dignam iudicavit A. MDCCLXIV. *Tubingae* 1768. 8. — Praemiſſa brevi diſputatione de argumenti huius dignitate, primo capite agitur de ſacerdotum apud Aegyptios peculiari tribu, multa iura poſſidente certisque e familiis conſtante; de reditibus eorum; de inſignibus, omnibus ſacerdotibus communibus. Huc referuntur raſum caput corpusque, varia capitis tegumenta, varius corporis habitus; ubi deſcribitur materia et color veſtium, forma, diſcrimina. Sequuntur torques armillaeque, in primis imago iuſtitiae, ſummo iudici ſuſpenſa, calcei. Tum nonnulla alia inſignia attinguntur, crux anſata, et catenulae, quas ſacerdotes tenent manibus, baculus recurvus, a[illegible]

cundo capite de vita ſancta, lotionibus atque
ationibus religioſis Aegyptiorum ſacerdotum;
acra Aeg. ſacerd. ſcriptura linguaque, et de
nis illorum traditionibus ſententiam ſuam au-
dicit. Porro commemorat auctoritatem et
ia ſacerdotum in re civili, quaeſtionemque
git, an feminis in antiquo Aegypti Sacerdotio
s aliquis conceſſus fuerit. Mox quaerit, an
egypto omni tempore ſoli ſacerdotes fuerint
umciſi? id quod negat, et fruſtra alios aliter
re oſtendit. Tertio capite tractantur ea,
ad varios ordines claſſesque ſacerdotum per-
it. Primum auctor de ſacerdotibus ſuperioris
nis agit, de prophetis, ubi artis magicae pri-
dia tangit, de ſtoliſta ſeu hieroſtoliſta, de ſacris
is, de Horoſcopis, qui novam auctori occa-
em praebent diſputandi de Aſtronomiae Aſtro-
eque ſtudiis in Aegypto, de ſacris cantoribus;
rum de inſtrumentis muſicis loquitur, de
ϛγιϛαῖς, victimas, antequam diis offerrentur,
ninantibus ſigillumque iis inprimentibus, quae
crificia aptae erant. Quorum quidem ſacer-
m dat pleniſſimam deſcriptionem, inſignibus
sque et muneribus enarratis. Sequuntur ſa-
otes inferioris ordinis: Paſtophori, Melane-
ri, Comaſtae, Neocori et Zacori; de quibus
ibus non minus accurate agit. Tandem pro-
litur ad ſacrificia Aegyptiorum, primum in-
ata, ad quae pertinent: gramen, legumina,
s, in primis ex hordeo cocti, libamina, pri-
n ſimpliciſſima, aqua, poſtea oleis, melle,
facta. Tum commemorat tempora, quibus
ficia frugibus offerebantur, ſolennia, ſum-
n eorum antiquitatem, ritus, quibus offere-
tur, ſuffimenta iis addita. Deinde duas ſacrifi-
um claſſes conſtituit: ad primam refert ordi-
naria

naria ſacrificia, e variis generibus animalium deſumta: id eſt, porcos, boves et vitulos rufos, aſinos, oryges, anſeres, interdum etiam piſces; quibus antiquiſſimis temporibus rufos homines additos fuiſſe, quidam veteres memoriae prodiderunt: in extraordinariis mactabuntur ſacra animalia.

Cf. KLOTZII Acta litter. Vol. V. p. 95-101.

SECTIO IV.

Scriptores de re Aegyptiorum litteraria, de eorum ſapientia, legibus, hieroglyphicis litteris, calendario.

Caremus ſcriptoribus antiquis, qui data opera de veterum Aegyptiorum ſapientia commentati fuerint. Si qui enim huius generis ſcriptores exſtiterint, ii vel iniuria temporis perierunt, v. c.
Hecataeus. HECATAEI *Abderitae* liber de Aegyptiorum philoſophia, (de quo *Ionſius* in Script. hiſt. philoſ. L. I. c. 19. p. 121); vel, quae ſub eorum nomine circumferuntur, ſuppoſititia ſunt. Quam in claſſem referendi ſunt libri XIV de myſtica Aegyptiorum
Ariſtoteles. philoſophia, ARISTOTELIS nomine falſo inſigniti, e ſermone Graeco in Arabicum indeque in Latinum verſi; adiecti editioni Caſaubonianae in fine ex verſione Iac. Carpentarii (Cf. *Fabricii* Bibl. Graec. L. III. c. 6. §. 36. p. 162 ſqq.). In eandem claſſem hodie retrudendus liber de myſte-
Iamblichus. riis Aegyptiorum, IAMBLICHO ab omnibus olim aſſignatus, usque dum CHRISTOPH. MEINERS exhiberet *iudicium* ſuum criticum *de libro, qui de myſteriis Aegyptiorum inſcribitur et Iamblicho plerumque vindicari ſolet;* in *Commentatt. Soc. reg. ſcient. Gotting. per a.* 1781. Vol. IV. Claſſ. hiſt. et

et phil. p. 50-86. Acutiſſime enim docet, non ſolum univerſum dicendi genus, quo incertus ſcriptor uſus eſt, a Iamblichi ſermone penitus abhorrere, verum etiam plurimas ſententias, quas Aegyptiorum ſcilicet myſteriorum enarrator defendit, cum primariis Iamblichi doctrinis pugnare; eorum inſuper decretorum, quae huic viro propria fuiſſe, certe ſcimus, nullum veſtigium in illius commentario inveniri. Rationes quoque examinat, quae pro communi ſive contraria opinione vel prolatae ſunt, vel etiam afferri poſſunt. Exempla denique adducit, e quibus intelligitur, ſcriptorem iſtum non ſaepius ab aliis Platonicis, quam a ſe ipſo diſceſſiſſe.

Nec multum iuvare poſſunt antiquitatum Aegyptiacarum ſcrutatorem libri duo, inſigniti titulo magnifico: ἱερογλυφικα; tributi HORAPOLLINI cuidam ſive HORO APOLLINI; quem ſi *Fabricius* (in Bibl. Graec. L. I. cap. 13. §. 2 ſqq.) et poſt eum alii veterem Horum, Iſidis filium, eſſe volunt, vehementer errant: Horapollinis potius Grammatici, ſaeculo exeunte quarto poſt Chriſtum natum viventis, foetum eſſe credamus neceſſe eſt. Nec maiore fide digna ſunt, quae idem Fabricius ex Manutii editione profert, Philippum quendam opuſculum ex Aegyptiaca lingua in Graecam tranſtuliſſe: cum potius veroſimillimum ſit, idem primitus Graece ab homine huius linguae ignaro ſcriptum fuiſſe, eo quidem tempore, quo cum lingua tum philoſophia foediſſime degeneraverint. Minime quoque ineſt, quam titulus polliceri videtur, clavis ſcripturae hieroglyphicae: attributa potius Deorum temporis, quo vixit, characteresque, amuletis inſculptas, auctorem interpretari voluiſſe probabile eſt. Cf. CHRISTOPH. MEINERS *Verſuch über die Religionsgeſchichte der* Horapollo.

älte-

älteſten Völker, beſonders der Aegyptier p. 194 ſqq. — Caeterum editiones Horapollinis potiores ſunt ſequentes:

Editio princeps *Venetiis* ap. *Ald.* 1505. fol. una cum ſabulis Aeſopi et Gabriae, Phurnuto, Palaephato aliisque. Hanc ſecutus *Io. Mercerus*, verſionem Latinam et obſervationes adiecit, *Pariſ.* 1548. 4. iterumque *ibid.* 1551. 4. Qua in editione poſteriore inſunt lectiones variae e codice manu ſcripto vetuſto, additae ſaltem prioribus capitibus LV. Secutae ſunt editiones *Dav. Hoeſchelii*, ſecundum codicem antea in conſilium non vocatum, *Aug. Vind.* 1595. 4.*) Optimam editionem curavit *Ioannes Cornelius de Pauw*, qui ſuis obſervationibus etiam addidit Mercerianas, Hoeſchelianas, ſelectasque Nicolai Cauſſini. Contextus Graecus ex Hoeſcheliana repetitus. *Traject. ad Rhen.* 1727. 4.

Cauſſinus. NICOLAI CAUSSINI (*Ieſuitae Francogalli.* † 1651) de ſymbolica Aegyptiorum ſapientia libri XII (ſive notae in memoratum Horapollinis librum). *Pariſ.* 1618. 4. *Colon.* 1623. 8. *ibid.* 1654. 8. Pariſ. 1647. 4.

* * *

Valerianus. IOH. PIERII (ſ. PETRI) VALERIANI BOLZANII (*Bellunenſis, Protonotarii Apoſtolici, Philologi et Archaeologi Patavini* † 1558) Hieroglyphica, ſ. de ſacris Aegyptiorum litteris commentarii. *Baſil.* 1556. fol. cum figg. (Editio rara). ibid. 1567. fol. cum figg. *ibid.* 1575. fol. cum figg. *Lugduni* 1594. fol. cum figg. *ibid.* 1610. 4. *Colon. Agripp.*

*) Cf. G. W. ZAPFII *Augſburgs Buchdruckerannalen* (Aug. Vind. 1786. 4 mai.) P. I. p. 183 ſq. — De editione Auguſtana, quae a. 1695 prodiiſſe dicitur, merito dubitamus.

ſgripp. 1614. 4. *Francof. ad Moen.* 1614. 4. *Lugd.* 602. fol. cum figg. *ibid.* (curante *Ludovico a Caſſa-ova*) 1626. fol. cum figg. (Editio ſplendidiſſima, ui etiam auctoris poëmata inſunt). *Colon.* 1631. 4. *Baſil.* 1656. fol. cum figg. Recentiſſima et ple-iſſima editio hac epigraphe prodiit: *I. Pierii Va-eriani* etc. Hieroglyphica ſ. de ſacris Aegyptio-um aliarumque gentium litteris Commentario-um Libri LVIII, duobus aliis ab eruditiſſimo viro COELIO CURIONE) annexis. Acceſſerunt Hie-oglyphicorum collectanea ex veteribus et recen-tioribus auctoribus deſcripta, et in VI libros or-dine alphabetico digeſta; item HORAPOLLINIS Hieroglyphicorum Libri II, ex poſtrema *Dav. Hoeſchelii* correctione. Praeterea eiusdem Pierii Declamatiuncula pro barbis Sacerdotum; de in-felicitate Litteratorum Libri II; denique Antiqui-tatum Bellunenſium Sermones IV. *Francof. ad Moen.* 1678. 4. cum figg. — *Francogallice* ab *I. de Montlyart*, Lugd. 1615. fol. — Hoc opus a *Curione* vocatur divinum, ab *Imperiale* (Muſ. hiſtor. p. 38) curioſos antiquitatis abunde reddens ſaturos, a *Ghilino* (in *Teatro d'huomini letterati* p. 189) vere egregium et fructuoſum, a *Thuano* maximae commendationis a *Voſſio* in Etymologi-cis eruditum: ſed, uti addit, in quo illud probare nemo poſſit, quod tam multa ut hieroglyphica referat, quae talia olim habita eſſe, nullo adſtruere poſſit auctore. *Gundlingius* denique in Hiſt. phi-loſ. mor. cap. I. §. 8: „Lege, inquit, *Pierii* Hie-roglyphica et *Calcagnini* res Aegyptias; et habe-bis ſonos magnificos, ſed anhelabis perpetuo, de-ſiderabisque nullo fuco illitam veritatem.“ Sen-tentia, ut nobis quidem videtur, ſaniſſima, quam ſi homines eruditi ſuperioris aetatis tenuiſſent, tem-pus ſomniis et quisquiliis non triviſſent.

HEN-

H.Stephani. HENRICI STEPHANI Appendix ad Herodotum de Aegyptiacis legibus et inſtitutis, ex diverſis hiſtoricis et aliis ſcriptoribus. — Sunt excerpta, ſupra (Vol. II. P. II. p. 338) commemorata, ubi auctor nos latuit, parum utilia iis, quorum ſtudium hoc in argumento ſe exercere cupit.

Goropius Becanus. IOH. GOROPII BECANI Hieroglyphica; in eius Operibus. *Antverp.* 1580. fol. Cf. huius Bibl. Vol. I. P. I. p. 363.

deBel-Eſtat. PIERRE L'ANGLOIS DE BEL-ESTAT *Diſcours des Hieroglyphes Egyptiens, emblèmes, diviſes et armoiries.* à Paris 1584. 4. Praeter haec nec de auctore nec de eius libro quidquam nobis conſtat.

Criſpi. IOAN. BAPT. CRISPI (*Theologi et Poëtae Neapolitani, mortui Romae* 159 . .) Panoplia Patrum, ubi refellit Aegyptiorum theologiam, ab Iamblicho explicatam. *Romae* 1594. fol.

LAURENTII PIGNORII Menſa Iſiaca ſ. Characteres Aegyptii etc. Quem librum ſupra excitavimus.

Majer. MICHAELIS MAJERI (*Comitis Palatini Caeſarei, Medicinae Doctoris et Caeſarei Archiatri* † 1622) Arcana arcaniſſima, h. e. Hieroglyphica Aegyptio-Graeca, vulgo nec dum cognita, ad demonſtrandam falſorum apud antiquos deorum, dearum, heroum, animantium, et inſtitutorum pro ſacris receptorum originem, ex uno Aegyptiorum artificio, quod aureum animi et corporis medicamentum peregit, deductam; unde tot poëtarum allegoriae, ſcriptorum narrationes fabuloſae, et per totam encyclopaediam errores ſparſi clariſſima veritatis luce manifeſtantur, ſuaeque tribui ſingula reſtituuntur, ſex libris expoſita. Sine loci annique mentione, ſed, ut vulgo creditur, *Londini* a. 1614 in 4 excuſa. *) Opus, ut

omnia

*) Cf. *Molleri* Cimbria litt. T. I. p. 379.

omnia fere h   Maieri, rara, quia ſomniorum ſunt plena ideoque nullius uſus; doctrinam enim chemicam Hieroglyphicis occultari exiſtimat. Simile huic opuſculum: *De Theoſophia Aegyptiorum* etc. aſſervari Lipſiae in bibliotheca Paullina, docent Acta Erud. a. 1687. p. 393 ſq.

IOH. PRIDEAUX Diſſertatio de ſapientia Aegyptiorum, ad Actor. VII, 22. hab. 1616; in *eiusd.* Opp. theol. (*Tiguri* 1672. 4.) p. 441-452. Prideaux.

HERMANNI CONRINGII de Hermetica Aegyptiorum vetere, et Paracelſicorum nova medicina, liber unus. *Helmſt.* 1648. 4. *Eiusdem* de Hermetica medicina libri duo, quorum primus agit de medicina pariterque de omni ſapientia veterum Aegyptiorum; altero non tantum Paracelſi, ſed etiam Chemicorum, Paracelſi laudatorum, aliorumque, potiſſimum quidem medicina omnis, ſimul vero et reliqua univerſa doctrina, examinatur. Editio ſecunda, infinitis locis emendatior et auctior. *ibid.* 1669. 4. Nugas vendere veritateque hiſtorica deſtitui eos, qui artis chemicae apud Aegyptios culturam ſtatuant, Conringius oſtendit. Conring.

Ad priorem libri Conringiani editionem iuſſu Friderici III, Danorum regis, reſpondebat OLAUS BORRICHIUS, Medicus regius, acerrimus Alchemiae patronus, in Diſſ. de ortu et progreſſu chemiae. *Hafniae* 1668. 4. Cui cum reſponderet Conringius in editione libri ſui altera, repoſuit multa BORRICHIUS in ampliore opere: Hermetis Aegyptiorum et Chemicorum ſapientia, ab H. Conringii animadverſionibus vindicata. *Hafn.* 1674. 4. De qua lite horum duumvirorum varia eruditorum fuere iudicia. Et iſto quidem tempore cauſſa Borrichii plerisque eruditorum potior Conringiana viſa fuit; nondum enim pati potue- Borrichius

rant mortales, antiquitatis praeiudicium ſectaeque ſtudium abiici. Ubi vero ſerenior lux eorum mentibus affulſit, et praeiudiciorum catervae eiici coeperunt, potiores merito Conringio partes delatae ſunt.

Kircher. ATHANASIUM KIRCHERUM multum etiam fuiſſe in eo, ut Aegyptiorum ſapientiam laudibus extolleret, eorumque artem hieroglyphicam explicaret, ex operibus eius, in huius Bibl. Vol. II. P. II. p. 341 ſqq. recenſitis intelligitur. Rectiſſime de inani hac in re poſita Kircheri opera iudicat *Ioh. Owenus*, Anglus ſagaciſſimus, in Theologumenis L. I. c. 8. p. 82. Ita enim ille: „Neſcio, „inquit, quae nuper myſteria ex Aegyptiorum „ſacris elicere conatus eſt Athan. Kircherus, eosque ſolos ſapuiſſe, quos ultra humanitatis ſtultitiam deſipuiſſe credidit adhuc reliquus terrarum „orbis, conatu magno et ſumtuoſo, ſed irrito, „ne dicam ridiculo, docere laborat. Ea vidit in „illorum hieroglyphicis, quae procul omni dubio „neque ipſi unquam viderunt, neque ullus, qui „Chriſtianae modeſtiae, aut veritatis, quam typhi „ſaecularis, potiorem rationem habendam duxe„rit, vidit."

Praſch. IOH. LUDOVICI PRASCHII (Praeſ. *Ioh. Henr. Boeclero*) Diſſertatio, inſcripta: Νόμιμα τῶν Αἰγυπτίων, ſive leges Aegyptiorum. *Argent.* 1657. 4. et in eius Diſſertt. acadd. (*Argent.* 1710. 4.) T. II. Nr. XXIII. p. 665-700. Epitome legum iſtarum haud contemnenda in hac diſſertatione exhibetur. Obſervationes, e prudentia civili hauſtae, abeſſe poterant.

Marſham. IOH. MARSHAM in Canone chronico Aegyptiaco, ſaepe laudato, multa quoque praeclara de veterum Aegyptiorum philoſophia tradit. Cum quo

tamen ſedulo conferendus eſt HERM. WIT-
S, ſupra ſectione huius capitis III excitatus.
De philoſophia naturali Aegyptiorum MOR- Morhof.
FIUS etiam conſulendus in Polyhiſt. T. II.
2. cap. 4.
IOHANNIS NICOLAI, Antiquitatum Pro- Nicolai.
oris (*Tubingenſis* † 1708) Tractatus de Syne-
Aegyptiorum, illorumque legibus inſigniori-
Lugd. Bat. 1708. 8. *ibid.* 1711. 8. — In
anti hoc opuſculo ad ſeptem negotium omne
ta redigitur. In primo, quod de Synedrii
yptiaci exiſtentia inſcribitur, ad varia aliarum
tium, Hebraeae potiſſimum atque Graecae,
or ſynedria excurrens, apud Hebraeos tria
um, apud Aegyptios vero triginta, pro No-
um, in quos Aegyptum Strabo diſpeſcit, nu-
o olim floruiſſe adſtruit. Viros qui iudiciis
smodi praeficiendi erant, ex civitatibus cla-
ibus, quales Heliopolis, Memphis atque The-
erant, optimos electos fuiſſe, caput II nos
ret. Hi ut ex Mercurii inſtituto, ſacerdotio
il fungebantur, et ſecundum honoris dignita-
ie gradum poſt regem tenebant, ita, ut pru-
ia et virtus eosdem ſummopere commenda-
, neceſſe erat. Diverſos iſtorum ordines ca-
III recenſet, in quo primus locus aſſignatur
toribus, qui dubia, circa Deorum hymnos et
es exorta, ſolvere, et vitae regiae rationes ad
emarum Mentium ideas diſponere debebant;
ndus Horoſcopis, quos quatuor Mercurii de
logia libros alto pectore imbibiſſe et exactam
porum diſtributionem in Deorum cultu pera-
dam obſervare oportebat; tertius Hierogram-
iſtis, quorum erat, ut Hieroglyphica, Coſmo-
hiam, Geographiam, ordinem ſolis, lunae et
que planetarum, Chorographiam Aegypti,

Nili item et omnis ſacri apparatus, accurate cognitam haberent atque perſpectam; quartus Stoliſtis, ab amictu, ut probabilis habet ratio, et quod longis ſtolis induti incedere conſueverint, ita dictis, quibus, ut ſacrificia oportuno tempore ordinarent, et *μοσχοσφραγιστικα*. h. e. omnia ea, quae ad Apides ſive vitulos, qua conſignandos qua mactandos pertinebant, ſollicite curarent, incumbebat; quintus idemque ultimus Prophetis, quos, ut de rerum in comitiis agitatarum eventibus, ſiniſtros per auguria caeterasque divinationum ſpecies a proſperis diſcernendo iudicarent, lex obligabat. Omnes hactenus memorati ſacerdotum ordines, pro Nomorum totius Aegypti numero, ſecundum cap. IV triginta viros ambitu ſuo complectebantur, ubi et de totius collegii praeſide ſigillatim annotat auctor, quod communes reliquos aſſeſſores, prudentes ac probos, aetate non minus quam doctrina et morum gravitate antecellere debuerit. Ubi et de victu et amictu horum virorum agitur. Modus in ſynedrio agendi, ductu capitis V, huc fere rediit, ut cunctis legibus, quae octo libris continebantur, in conſpectum productis, diſceptatio de iuſto et iniuſto, ad quam tres minimum perſonae concurrebant, duae, quae inter ſe diſceptarent, actor nempe et reus, et una, quae litem dirimeret, i. e. iudex, inſtituebatur. Accuſatione, ſecundum methodum, hoc loco deſcriptam, rite peracta, re ad ſingula, vel exceptione, vel negatione, vel diminutione, iterata, ſi rei id exigebat neceſſitas, vice reſcribere permiſſum fuit, atque ſic tandem, poſtquam communes iudices de controverſia quaeſiverant, Princeps ſententiam ferebat. His ita praemiſſis, capite VII in antiquas Aegyptiorum leges, de quibus in ſynedrio agendum erat, et quarum ſepten-

ſeptendecim in univerſum enumerantur, ordine ſuo auctor fuſius inquirit, omniumque ratione ac ampliore explicatione adducta, et accurata in primis cum legibus civilibus collatione, quae, ſi non unicus, primarius ſaltem ſcriptionis univerſae ſcopus eſt, inſtituta, coronam operi imponit.

Cf. Acta Erud. a. 1706. p. 540 ſqq.

IOH. IAC. MUELLERI Diſſ. de virtutibus et vitiis philoſophorum orientalium (*Chaldaeorum et Aegyptiorum*). Ienae 1709. 4. Muller.

ISR. TRAUG. GARMANNI Exercitationes III de ſapientia Aegyptiorum. *Vitemb.* 1710. 4. Garmann

CORNELII ADAMI, *V. D. M. Damonenſis et Scholae Rectoris*, Comment. de ſapientia, eruditione atque inventis Aegyptiorum; in *eiusd.* Exercitationibus exegeticis (*Groningae* 1712. 4.) p. 95 ſqq. Loca nonnulla codicis ſacri, in quibus de Aegyptiorum ſapientia ſermo, occaſionem diſſertationis praebuere. Adami.

IACOBI FRIDERICI REIMMANNI Idea ſyſtematis antiquitatis litterariae ſpecialioris, ſive Aegyptiacae; in *eiusd.* Idea ſyſtematis antiquitatis litterariae generalioris et ſpecialioris, deſiderati adhuc in republica eruditorum litteraria. *Hildesheim* 1718. 8. — Auctor methodo, quam praemiſit, generaliore antiquitates Aegyptiorum litterarias, ſcilicet eorum doctores, diſcipulos, doctrinas philoſophicas, docendi locum, methodumque, ut et docentium ſtipem, quam laboribus ſuis commeruerunt, enarrat; quibus Bibliothecarum, librorum, eruditorum, inventorum variorum, quae Aegyptiis debemus, eorumque, qui res Aegyptiacas ſcripſerunt, nubem et ſyllabum annectit; quibus omnibus denique eruditionis Aegyptiorum ſubiicit et hiſtoriam brevem, ex Reimman

qua, eandem per aliquot et paene multos ſaeculorum decurſus plane defloruiſſe et nunc intermortuam fere eſſe, luculenter patet. Ratione litis, ante commemoratae, inter Conringium et Borrichium, partes poſterioris inepte ſatis tenet.

Heumann. (CHRIST. AUGUSTUS HEUMANNUS) *von der Philoſophie der alten Aegypter;* in eiusd. Actis Philoſ. T. II. (*Halae Magdeb.* 1720. 8.) p. 659-697. — Poſt Conringium usque ad tempus huius diſſertationis nemo de Aegyptiorum ſapientia, nimium a plurimis laudata, tam ſane ſenſit, quam Heumannus, quippe qui docuit, cum theologiam, tum philoſophiam, phyſicam et medicinam eorum conditionis minime invidendae fuiſſe; Hermetem haudquaquam eſſe alchemiae inventorem, omniaque eius ſcripta eſſe ſuppoſititia; quid? quod Hermetem nunquam in rerum natura fuiſſe.

Eckhard. TOBIAE ECKHARDI Diſſ. de nominibus ſcholarum in Aegypto. *Quedlinburg.* 1726. 4.

Warburton. GUIL. WARBURTON, A. M. (poſtea Epiſcopi Gloceſtrienſis † 1779) *Eſſai ſur les Hiéroglyphes des Egyptiens, où l'on voit l'origine et les progrès du langage et de l'écriture, l'antiquité des ſciences en Egypte, et l'origine du culte des animaux. Traduit de l'Anglois (par M.* LEONARD de Malpeines). *Avec des obſervations de M.* FRERET *ſur l'antiquité des Hiéroglyphes ſcientifiques, et des remarques ſur la chronologie et la première écriture des Chinois.* à Paris 1744. II Voll. in 12. — Warburtonus, Anglus doctiſſimus, libro IV celeberrimi operis de miſſione Moſis *) antiquitatem Aegyptiacam e codice ſacro

*) *The divine Legation of Moſes demonſtrated* etc. primum prodiit *Londini* duobus voluminibus, primum quidem a. 1738, alterum a. 1741. 8 mai. Editio quarta *ibid.* 1765. II Voll. in 8. *Theotiſce* a *Ioh. Chriſt. Schmidt.* Francof. et Lipſ. 1751. III Partes in 8.

ſacro vet. teſt. aſſerere atque, illum omnia confirmare, quae Graeci de ea tradiderunt, monſtrare ſtuduit. Hieroglyphis inter alia quoque tanquam certiſſimo argumento utitur, quod adeo recentiore aetate apud Anglos praecipue controverſam rerum civilium et ſcientiarum Aegyptiacarum antiquitatem luculenter demonſtret. Librum hunc, ſeu potius libellum, ut a caeteris facile ſeparabilem, ſeorſim ſumſit, et Gallice vertit anonymus, quem tamen Lengletus nominat *Leonard de Malpeines*. Idem ſuas quoque notas paſſim notis auctoris Angli adſperſit, et, quo facilius diſtingui poſſent, titulum *Addition* illis praeſcripſit. Interpres hic rara in Francogallia uſus eſt diligentia, in allegandis aliorum, qui paſſim advocantur, auctorum verbis. Archetypa enim illa, ſeu Hiſpanica, ſeu Anglica, ſeu Italica, prout res tulit, adſperſit. Commodioris uſus gratia diviſit libellum Warburtonianum in paragraphos, eique ſoli primum volumen, collectioni vero ſuae opuſculorum aliorum, ad idem argumentum ſpectantium, ſecundum conſecravit. Angli diſputationes maximam partem ſunt pereruditae, lectione multiplici et acri iudicio plenae, ſubtiliter excogitatae, ſpecioſe deductae, et Anglicanis moribus dignae: inſunt tamen quoque ingenioſa magis et acuta, quam vera et probabilia, multa contentioni obnoxia, multa ultra modum intenſa. Magnum ex eius mente uſum habent hieroglyphica, non tantum ad eam rem, quam ille voluit, efficere, ſed quod etiam hiſtoriae tam ſacrae, quam profanae, lucem affundunt egregiam. Licet nempe ex illis Iudaeorum leges ritusque, ſacrique codicis et totius Orientis ſublimem eloquentiam intelligere, conceptusque clariores et magis honorificos acquirere de Aegyptiaca tam ſapientia, quam re-

 ligione;

ligione; cuius duo praecipue capita — parva magnaque myſteria, de quibus Warburtonus priore volumine operis ſui tractaverat, et hieroglyphica, de quibus hic agit — ſecundum Noſtrum duo ſunt quaſi cardines, ſuper quibus omnis Graecae antiquitatis intelligentia et explicatio vertitur. Diviſa eſt haec tractatio *tres* in *partes*, quarum *prima* monſtrat originem hieroglyphicorum in genere. Ubi inter alia auctor contendit, hieroglyphica non a ſacerdotibus fuiſſe inventa; inde manaſſe artem onirocriticam et ſacrum animalium cultum; Aegyptios litteratiſſimam gentem inde ab antiquiſſimis fuiſſe temporibus etc. Parte *ſecunda* exponitur, quo modo homines diverſas methodos loquendi ſcribendique, quas neceſſitas invenerat, procedente tempore in myſterium ornatumque converterint; vanamque eſſe a Kirchero propagatam opinionem, quae vult, Aegyptios eo tantum fine inveniſſe hieroglyphica, ut iis quaſi arcanorum cuſtodibus, aut ſepulcris, ſcientiam ſuam committerent occultandam. Initio enim fuerunt haec hieroglyphica ipſorum alphabetum et litteratura: quin autem procedente tempore myſteria evaſerint, negari nequit. Quod quo modo proceſſerit, ingenioſe docetur. Copioſe poſtea auctor vinculum mutuum linguae et ſcripturae, uſum hieroglyphicorum Aegyptiacorum et nugas ſyſtematis Kircheriani, perſequitur. Tota haec de origine, uſu et natura hieroglyphicorum diſputatio eo tendit, ut appareat magna diſciplinarum apud Aegyptios antiquitas, quam *tertia* parte opuſculi auctor probare ſtudet. Ubi quoque eruditam de origine cultus animalium diſſertationem exhibet; et opiniones hac de re caeteram inter turbam ſex praecipuas proponit, examinat, et refellit. *Tomus ſecundus* primo loco ſiſtit

it opuſculum, cuius auctor probare vult, tex-
s ſacri codicis Samaritani chronologiam prae
xtu Hebraeo probabiliorem in eo eſſe, quod ille
mpori quod a diluvio inde ad Abrahamum
ſque effluxit, annos 1002 tribuit, cum Hebraeus
ntum 352 habeat; quo ſtante, ſtare nequit,
am Warburtonus laborioſe demonſtravit, in-
ns antiquitas ſapientiae Aegyptiacae. Alterum
uſculum exhibet obſervationes de chronologia
nenſi, auctore *Freret*. Inquirit nempe, num
lculus Sinarum conciliari poſſit cum hiſtoria
egyptiaca, cum qua calculus Samaritanus ſatis
ne congruit. Tertium agit de prima Sinarum
riptura, eodem auctore. Collectionem claudit
cerptum ex *Bianchini* hiſtoria univerſali, Romae
. 1697. Italice edita, de obeliſcis, et magno
aeſertim illo Lateranenſi. In fine adiectae ſunt
ovae quaedam obſervationes de chronologia et
riptura Sinica, tanquam ſupplementum.

Cf. Nova Acta Erud. Suppl. T. VII. p. 488-510. a. 1750. p. 497-516.

ROBERT CLAYTON'S *Remarks on the origin* Clayton.
f Hieroglyphics; in eiusdem *Journal from Cairo*
Mount Sinai, de quo infra ſectione VIII.

IOH. PAULLI REINHARDI Progr. de ſapien- Reinhard.
a Aegyptiorum ſymbolica in exprimendo iudice
ncto integroque (ad Horapoll. II. 118). *Erlangae*
1761. fol.

HENRICI GODOFREDI SCHEIDEMANTEL, Scheide-
r. doctoris in Academia Ienenſi et ſociet. Lat. Ducal. mantel.
epiſt. prioris (nunc Conſil. aul. et Prof. iur. Stutt-
rdienſis) Legum quarundam Aegyptiorum cum
ticis Spartaniſque ſecundum regulas prudentiae
ilis comparatio. Accedit Reſpublica triumpha-
x, carmen hexametrum. *Ienae* 1766. 8. —

Quindecim leges Aegyptiacae cum Spartai Atticis comparantur et diiudicantur.

Cf. Commentarii de libris minor. Vol. I. P. II.] ſqq.

de Guignes. DE GUIGNES *Eſſai ſur le moyen de parv. la lecture et à l'intelligence des Hieroglyphes . tiens;* in *Mémoires de l'Acad. des Inſcr.* T. XX p. 1-56. (a. 1770). Mentem hac de re breviter antea iam expoſuerat *ibid.* T. XXIX ſqq. (1764); ſcilicet in *Mémoire dans lequel, avoir examiné l'origine des lettres Phéniciennes i braïques etc. on eſſaye d'établir que le caractère liqus, hiéroglyphique et ſymbolique des Egypti retrouve dans les charactéres des Chinois et nation Chinoiſe eſt une colonie Egyptienne.* — cundum auctoris ὑποθεσιν, alibi expoſitam nenſes eſſe coloniam Aegyptiacam, hoc hieroglyphica Aegyptiaca, quae hodie ſupe ex characteribus ſ. figuris ſcribendi Sinicis e explicare et interpretari poſſe, ſummopere tendit. Inanem vero eſſe hanc operam, pro anonymus (qui vero eſt c. MEINERS, Pro Goettingenſis ſaepe a nobis laudatus et in rum celebrandus) in *I. D. Michaëlis Orient exegetiſchen Bibliothek* T. VI. p. 201-223; ſione quidem opuſculi, hoc etiam loco co

Lettre de Pekin etc. morandi ac ſic inſcripti: *Lettre de Pekin ſur nie de la langue Chinoiſe, et la nature de leur éc ſymbolique, comparée avec celle des anciens Egyp en réponſe à celle* (d'un Membre) *de la Société des Sciences de Londres ſur le même ſujet. On joint l'Extrait de deux Ouvrages nouveaux de Guignes, relatifs aux mêmes matiéres. Par un de la Compagnie de Jeſus, Miſſionnaire à* à Bruxelles 1773. 4. Cum XXIX tabb. aen. A epitome operum Deguigneſii e diſſertatione

ıa agimus, excerpta eſt. Francogalli doctiſſimi ntentiae alii, hieroglyphica Aegyptiaca non ſo-m eſſe ſcripturam per figuras, ſed eadem quoue litterarum noſtrarum vicem ſuſtinuiſſe, ſive ıegyptios cum res tum ſonos ſeu verba, quibus s exprimuntur, iisdem repraeſentaſſe, contra cit I. C. GATTERER in *Hiſtor. Journal* T. I. 103 ſq.

WOODWARD de ſapientia veterum Aegyptio-um; Anglice in *Archaeologia, or miſcellaneous Tracts relating to Antiquity* (Lond. 1777. 4.) p. 12-311. — Auctor, magna eruditionis et inenii copia adiutus, paullo tamen iniquior, veerum Aegyptiorum ſapientiam flocci et nauci ſſe habendam, probare conatur. Hieroglyphica ideo, pyramides, mumias documenta eſſe ſtupiitatis gentis iſtius. In fine confutat Spenceri ſententiam, ſecundum quam Deus ſeu Moſeh varia Aegyptiorum inſtituta in religionem Hebraeam ranstuliſſe creditur. Woodward

T. POWNALL Diſſ. Anglice ſcripta de ſcriptura per imagines, hieroglyphica et litteras; in eiusd. *Treatiſe on the Study of Antiquities* (Lond. 1782. 8mai.) Append. Nr. II. — Auctor in hac diſſertatione, praelecta ſocietati antiquariae Londinenſi, primum tradit multa exempla ſcripturae per imagines ſive figuras, qua utuntur gentes barbarae in America ſeptentrionali, ubi auctor ipſe aliquamdiu vixit. Deinde figuras hieroglyphicas Aegyptiorum certas in claſſes redigere nititur, adiectis quatuor tabulis aeneis. Poſtea ſpes iniicitur, fore, ut aliquando veterum Aegyptiorum lingua atque ſcriptura reſtituatur. Pownall.

Scriptores nonnulli de hieroglyphicis occurrent infra in ſectione VI de Mumiis.

De

De *Hermete Triſmegiſto* ſ. *Thoth* ſ. *Thou* *Thoyth* ſ. *Taaut*, quem alii, magno quidem ve rum conſenſu, auctorem ſive patrem ſapien Aegyptiorum iactitant, alii plurium perſonas ſi nere credunt, alii nunquam in rerum natura ſtitiſſe opinantur, varie a multis diſputatur. H loco ſequentes ſaltem nominaſſe ſufficiat.

Patricius. FRANC. PATRICII Hermes ſeu vita ei praemiſſa Zoroaſtris et Hermetis ſcriptis, ab dem Patricio editis. *Ferrariae* 1591. fol. *Ve* 1593. fol. Cf. huius bibl. Vol. I. P. II. p. 39.

Lambecius. PETRUS LAMBECIUS in Prodromo hiſt. lit L. II. cap. I. p. 134-143 copioſe de Herm diſputavit.

Urſinus. IOH. HENRICI URSINI liber, ibidem Vol. II. P. I. p. 4. laudatus, de Zoroaſtre Bactria Hermete Triſmegiſto, Sanchoniathone Phoe cio, eorumque ſcriptis et aliis, contra Moſai ſcripturae antiquitatem etc. *Norimb.* 1661. 8. Evincere conatus eſt Urſinus, meras fabulas re lere, quicquid ut de antiquis Aegyptiorum I et ſemideis regibusque, ita de Hermete ſ. Herm tibus narratur. Expunctis enim ex albo non gum tantum, ſed rerum ipſarum Diis atque ſe deis primorum Aegyptiaci regni temporum, act eſſe putat de utroque Hermete ſive Mercur Quapropter illud demonſtrandum ſibi ſumſit: n abnuendum quidem eſſe, reges aliquos gentesq ante diluvium eam poſſediſſe terram, quae mul poſt ſaeculis Aegyptus appellata fuerit: quina vero illi in Aegypto aut alibi gentium rege quove nomine fuerint, hoc aeterna nocte a ſconditum latere, nec aliam nobis ſupereſſe no tiam, quam quae in ſacris commentariis tradit

Cai

ni progeniem tyrannidem exercuiſſe, miſſis longe lateque coloniis, urbibusque conditis :m occupaſſe. Tot ergo Deos, tot ſemideos tium reges ab obitu conſecratos fuiſſe, eſſeque rtus humani ingenii, conceptos e ſemine pri-eniae veritatis, ſcilicet ex hiſtoria primorum inum in ſacro codice memoratorum: nec de, quam ex hoc fonte Aegyptiorum reges, s et ſemideos ortos eſſe, et primum Pana e mundi ſpiritum, omnem univerſi molem antem; cum hoc coniunctos ſeptem planeta- praeſides; hisque ſucceſſiſſe duodecim reges, ter beneficia et artes inventas, virtutesque rum choris inſertos; qui non alii ſint, niſi decim Cainiticae ſtirpis rami, Moſi memorati. c vero idololatriam mature et ex Patrum teſti-io Seruchi tempore exortam, et ad Chal-s atque ab his ad Aegyptios per colonias minatam, aſtrolatriam fundamentum habuiſſe, uibus regum optime meritorum inter ſidera poſita. Poſt exitum vero Iſraëlitarum ex ypto in condendis fabulis certaviſſe Aegyptios Aſſyriis et Phoenicibus, et a Pſammeticho s vel renatas fabulas, regnantibus poſtea Pto-eis, ut deformes pupas fingi et poliri coe-, hincque novas quotidie et ſibi invicem trarias explicationes genitas fuiſſe. Initium r harum fabularum ponendum eſſe in tem- regis Menis, cui primus Aegypti legislator evis videatur ſuppar; qui Menes rudes et bru-Aegyptios ad humanam cultus victusque ra-em traduxiſſe legitur; medium collocandum in tempora Pſammetichi, quibus ſacerdotes poliendo fabularum opere curam poſuerunt, occaſione ſuſcepti cum aliis gentibus, Graecis ecipue, de antiquitate certaminis; finem fuiſſe ſub

ſub Ptolemaeo Philadelpho et ſucceſſoribus, q
tempore ſtudium, fabulas has pigmentis ornar
maxime fervebat; hasque fabulas iuſto irae di
nae et excoecationis iudicio fidem, ab aliis ge
bus riſu exagitatam, apud Aegyptios inveni
Conferri utique merentur, quae ſuper hac Ur
ſententia acute diſputavit BRUCKERUS in H
crit. philoſ. T. I. p. 255 ſq. edit. alt.

Kriegsmann. GUIL. CHRISTOPH. KRIEGSMANNI C
iectanea de Germanicae gentis origine ac con
tore, ſeu commentarius in Tacitum de mori
Germanorum. Edita poſt auctoris mort
(† 1678) a *Ioh. Ulrico Pregizero. Tubing.* 1684.
Hermetem Triſmegiſtum auctorem gentis G
manicae fuiſſe, mira ſomniandi ratione cont
ditur. Idem ipſe ediderat Commentarium in H
metis Triſmegiſti tabulam ſmaragdinam, cu
contenta nobis ignota.

Roeſer. IOH. GEORGII ROESERI, Onoldo-Fra
Diſſ. de Hermete. *Witteb.* 1686. 4.

Moller. IOH. MOLLERI Homonymoſcopia P.
cap. 2. §. 16. p. 255-259.

Fabricius. I. A. FABRICII Bibl. Graeca L. I. cap. 7.
p. 46-85.

Livre, où on tache de prouver qu'il n'y a p
ni de Zoroaſtre, ni de Mercure Triſmegiſte;
Journal Helvetique a. 1744. Nov. p. 480 ſqq.

* * *

Perizonius. De Aegyptiorum veterum re *chronologica*
IAC. PERIZONIUS Vol. II. P. II. p. 347 exc
tus. Poſt eum fere ſequentes:

de Baſtide. *Mémoire de la maniére dont les Egyptiens co*
toient les années du Regne des Empereurs (par M
Baron DE BASTIDE); in *Hiſt. de l'Acad. des*
ſcript. T......

NIC

NICOLAI AVERANII, *I. C. et Mathematici* Averani.
lorentini († 1727) Diſſertatio de menſibus Ae-
gyptiorum; in gratiam Antonii Mariae Salvinii,
ſelectis Notis P. HENRICI NORIS, curante AN-
TONIO FRANCISCO GORIO, nunc primum
edita. *Florentiae* 1737. 4. — Primum caput
monſtrat, ſingulas Aegyptiorum menſes triginta
dies habuiſſe. Secundum et tertium agit de ordine,
e ſerie, et nominibus menſium; quartum, de
diebus ſuperadditis et intercalaribus; quintum cu-
ratius ſeriem et menſuram menſium ex intercala-
rium dierum natura et calculo ſubducto confir-
mat; ſextum, quod princeps videtur, collatio-
nem menſium Aegyptiorum et Romanorum in-
explicabilem ſiſtit. In ſeptimo auctor opinionem
ſuam corroborat, *ad concordandas expoſitas varie-
tates.* Neque hac contentus expoſitione eſt, ſed
multis obſervationibus, a ſolis defectu arceſſitis,
ſententiam ſuam fortius tuetur, et ſub finem
libelli aliqua non iniucunda ſubiicit, nosque
certe docet, iuxta Alexandrinos pariter ac Ae-
gyptios die octavo menſis Χοιακ annum incepiſſe,
utrorumque menſes in caeteris omnibus eadem
ratione procedere.

Cf. Nova Acta Erud. a. 1738. p. 508 ſqq.

DE LA NAUZE *Hiſtoire du Calendrier Egyptien;* de la Nauze
Mém. de l'Acad. des Inſcriptt. T. XIV. p. 334-
375. (a. 1743). — Doctiſſime ac ſubtiliter au-
ctor inquirit in tres anni formas apud veteres Ae-
gyptios, ſcilicet parte prima in annum vagum
ſive retrogradum, parte ſecunda in annum ſola-
rem ſive Alexandrinum, tertia in annum lunarem.
Ex iis, quae ſuper his tribus computandi tempus
rationibus diſſerit, intelligitur, omnes certo quo-
dam tempore in diverſis Aegypti nomis uſitatas,
metho-

methodum adeo, dies incipiendi, diverſam fui
De inſtitutione Zodiaci Graeci, aliisque egre
diſſeritur. Averanium, quem modo diximu
operam ſuam non ſatis utiliter impendiſſe, co
tenditur.

Belley. BELLEY *Obſervations ſur pluſieurs médai frappées en Egypte en l'honneur de l'Empereur Co mode;* in *Mém. de l'Ac. des Inſcr.* T. XXI. p. 4 ſqq. Non de numis ſolum, ſed etiam de chr nologia Aegypti agitur.

Beyer. CHRISTOPH. WILH. BEYERS *Grundſä der Aegyptiſchen Zeitrechnung*, de quibus ſup Vol. II. Pars II. p. 355.

Iakſon. IOH. IAKSON in opere alibi a nobis laud chronologico fuſe quoque agit de chronolo Aegyptiaca, quam cum Chaldaica, Phoenicia Sinica conciliare ſtudet, praeſertim p. 416-6 ſec. verſ. Theotiſcam.

* * *

Neubronner. TOBIAE NEUBRONNERI (*Praeſide* I. GESNERO) Diſſ. exhibens hiſtoriae Zodiaci ſecti nem *primam* de inventoribus Zodiaci. *Gotti* 1754. 4. Sectio altera, quantum nos ſcimu nunquam in lucem prodiit. Producimus ha diſſertationem hoc loco propterea, quod va antiquitatis Aegyptiaçae capita lucem inde ac piant, dum auctor inter alia contendit, Aegypti fuiſſe Graecorum in aſtronomia aliisque diſcipli ab initio magiſtros; ipſa adeo illa, quae apud H merum atque Heſiodum deprehendimus, obſcu aſtronomiae atque ſpeciatim Zodiaci veſtigia A gyptiacae originis eſſe etc. Quam diſſertatione docte ſane elaboratam, ignoravit auctor ſequent

de Schmidt. FRID. SAM. DE SCHMIDT Diſſ. de Zodi noſtri origine Aegyptia, ad perilluſtres ſodal

Soci

s Antiquariorum Londinenſis; in *eiusd.*
is p. 1-68. — Enarratis doctorum ho-
opinionibus, auctor ſuam coniecturam
; nam ipſe, ſe certam cognitionem aſſe-
ſſe, negat. Putat nimirum etiam, Grae-
iacum, quo hodie utimur, accepiſſe ab
s. Hi enim, inquit, quodlibet ſignum
liis ſuis ſingulari modo conſecrarunt, et
ſentationibus inſigniverunt, quae his nu-
in eorum hieroglyphicis notis ſacrisque
ıtis tribui ſolebant; idque ita, ut unicui-
ım deorum, quantum id fieri potuit, illud
aretur, quod cum cultu, quem Aegyptii
ıerunt, conveniret, et qui fere totus
iicus erat et phyſicus, Aegyptiorum re-
aptatus. Quare in tota diſputatione au-
rimis hoc agit, ut refellat eos, qui Zodia-
gyptiorum et Graecorum diſpares fuiſſe
ur, atque deinde, per ſingula Zodiaci
ndo, oſtendat, unde quodlibet eorum
ſuum acceperit, et cui Deo apud Aegy-
ıutum fuerit. Aries in Zodiaco Aegyptio-
ımoni ſacer fuit, qui praeſes habebatur
ctii verni: Tauro Apis, Geminis Horus
ocrates reſpondebant. Cancrum Anubidi
curio, Leonem Oſiridi, Virginem Iſidi
verant.

* * *

Aegyptiorum *menſuris* conſulendi ſunt ſe-
:

LA BARRE *Eſſai ſur les menſures géogra-* de la Barre.
les Anciens; in *Mém. de l'Acad. des Inſcriptt.*
, p. 512-576. Quatuor ſunt diſſertatio-
tertia potiſſimum agitur de ſchoeno Ae-
ım.

Freret. FRERET *Eſſai ſur les meſures longues des Anciens;* ibid. T. XXIV. p. 432-547. Ibi enim ſectione ſecunda (p. 458 ſqq.) in eo auctor eſt, ut diſquiſitione pyramidis maximae et Nilometri menſuram Aegyptiacam definiat.

d'Anville. D'ANVILLE *Mémoire ſur la meſure du Schène Egyptien, et du ſtade qui ſervoit à le compoſer;* ibid. T. XXVI. p. 82-91.

Eiusdem *Diſcuſſion de la meſure de la Terre par Eratoſthène, ſervant à confirmer la meſure du Schène Egyptien, donnée dans le Mémoire précédent.* ibid. p. 92-100.

Gibert. GIBERT *Obſervations ſur les meſures anciennes,* ibid. T. XXVIII. p. 212-224.

D'ANVILLE *Traité des meſures itineraires anciennes et modernes.* à Paris 1769. 8.

SECTIO V.

Scriptores de pyramidibus et obeliſcis Aegyptiis.

Praeter veteres v. c. HERODOTUM, STRABONEM, DIODORUM SICULUM, POMPONIUM MELAM, PLINIUM MAIOREM, AMMIANUM MARCELLINUM, alioſque, ut et praeter itineraria, deinceps recenſenda, atque MAILLETUM in ſectione prima commemoratum, notandi ſunt ſequentes.

A. Scriptores de Pyramidibus.

Belon. PETRI BELLONII, *Cenomani*, de admirabili operum antiquorum et rerum ſuſpiciendarum praeſtantia; liber primus. De medicato funere ſeu cadavere condito, et lugubri defunctorum eiulatione; liber ſecundus. De medicamenti non

OHN GREAVE'S (*Mathematici*, *Hiſtorici et* Greave I.
nologi Oxonienſis † 1652) Pyramidographia; Gravius.
Deſcription of the Pyramids in Aegypt. London
6. 8. Et in eius *Miſcellaneous Works*, a *Thoma*
editis (*Lond.* 1737. II Voll. in 8.) T. I. p. 1.
Cui editioni adiectae ſunt emendationes et
lementa, ab auctore ipſo exemplo cuidam
adſcripta. Inſunt quoque anonymi annota-
s in Pyramidographiam. Et in *Collection of*
ges and Travels (Lond. 1744. 4.) Vol. II.
5 ſqq. *Francogallice* a *Thevenoto* in huius
ion de divers voyages curieux T. I. P. I. —
o fere tanta cura et ἀκρίβεια de pyramidibus
nentatus eſt quam Anglus ſollertiſſimus,
e qui ipſe tres illas celebriores Pyramidas,
nofis Libyae ſolitudinibus ad occidentale Nili
collocatas, quarum ſaepe meminere veteres,
s ſuis diligenter uſurpavit, dimenſus eſt atque
pſit; reliquis, quarum viginti fere adſunt,
um ſtudio relictis. Illarum vero primum
itores recenſet; deinde tempus, quo condi-
uerint, veroſimillimis rationibus indicat; de-

durat, quamdiu illud a putredine intactum ſervatur, regibus ſuis immortalitatem quaſi praeſtarent. Praemiſſis generalioribus his diſſertationibus, trium illarum Pyramidum ſtructuram et rationem omnem Gravius deſcribit.

Norden. FRID. LUD. NORDEN *Remarques ſur la Pyramidographie de Mr. John Greaves, ci-devant Profeſſeur à Oxford;* in eiusd. *Voyage d'Egypte et de Nubie* (1755. fol.) T. I. p. 90-101. Maximam partem teſtimoniorum et obſervationum Angli probat, nec tantum eum refellere, quam augere voluit.

Murtadi. *L'Egypte de* MURTADI, *fils de Gaphiphe, où il eſt traité des Pyramides, du Debordement du Nil, et des autres merveilles de cette province, ſelon les opinions Arabes; traduite de l'Arabique par* Mr. Pierre Vattier. à *Paris* 1666. 12. *Anglice* (utrum ex archetypo Arabico, quantum ſcimus, typis haud expreſſo, an e verſione Francogallica?) a *Ioh. Davies.* Lond. 1666. 8. Utraque verſio perrara. Utilia quidem multa, fabulas tamen quoque et nugas aeque multas Arabs narraſſe dicitur.

Celſe. OLAI CELSII Hiſtoriola Pyramidum Aegypti. *Upſal.* 1725. 8.

Gſchwend. IOH. DAV. GSCHWEND Programma de Pyramidibus Aegyptiacis. *Eiſenberg.* 1743. fol.

Kraus. GEORGII PHIL. KRAUS (hoc tempore Inſpectoris eccleſiarum et ſcholarum Idſteinenenſium) Theoria Pyramidum, *welche der berühmten Spitzſäulen eigentlichen Endzweck und Abſicht vor Augen leget, insbeſondere einen vortrefflich angebrachten Sonnenweiſer an dem Salomoniſchen Tempelbau entdecket; mit beſter Uebereinſtimmung der Sachen zur Ehre Gottes und deutlichern Verſtand einiger Stellen der heiligen Schrift beſchrieben.* Frankf. und Leipz. 1757. 8.

ALBER-

ALBERTI LUDOV. FRID. MEISTERI Commentatio architectonica de Pyramidum Aegyptiacarum fabrica et fine; in *Novis Commentar. ſociet. reg. Gotting.* T. V. ad a. 1774. *Theotiſce*, cum annotationibus, a IOH. PHIL. OSTERTAG, Profeſſore eloquentiae in Gymnaſio poëtico Ratisbonenſi, ſine eius nominis mentione, *Francof. ad Moen.* 1781. 8. — Diverſis veterum ac recentiorum ſententiis circa finem molium iſtarum ingentium recenſitis, veroſimillima auctori videtur illa, qua Aegyptiorum regum mauſolea fuiſſe dicuntur. Circa eorum fabricam opiniones veterum et recentiorum aeque inter ſe diſcrepant. Quarum quinque praecipue Meiſterus ſagaciſſimus ſub examen vocat, ac demum eas modo ingenioſo inter ſe conciliare et coniungere ſtudet. Interpretis Theotiſci annotationes undecim haud parvi momenti ſunt. Verſantur potiſſimum circa derivationem vocabuli Pyramis, utilitatem Pyramidum gnomonicam, ritum gentium orientalium, mortuis partem bonorum condonandi; porro circa templa monolitha; circa ſtudia philoſophorum, qui mundum multo antiquiorem, chronologia vulgari, ſtatuunt; circa ſignificationem vocabuli caementum; locum in Pocokii itinerario de pyramidibus; rationem pyramidum fabricam perficiendi; correctionem momenti mathematici in diſſertatione Meiſteriana; locum e Nordenii itinerario; denique circa monimentum vetuſtum Britannum, Stonēhenge appellatum, in planitie urbis Sarisberienſis. Meiſter.

PAUCTON *Diſſertation ſur les Pyramides d'Egypte;* in eiusdem *Théorie des loix de la nature, ou la Science des cauſes et des effets.* à Paris 1781. 8. — Aegri ſomnia dixeris auctoris opinionem de pyramidum fine. Illas nempe eſſe hierogly- Paucton.

phica magni a ſe reperti principii naturae, quorum clavem in libro ſuo aliis communicare exiſtimat. Pyramidum conſtructione auctorem — Hermetem hunc fuiſſe Paucton ſibi perſuaſit — humano generi ſervare voluiſſe ſcitu neceſſaria artis aſtronomicae, dimenſiones terrae, menſuras ac pondera, et quae ſunt huius generis reliqua. Maximam earum repraeſentaſſe robur, ſecundam modum, tertiam tempus ſ. chronologiam etc.

Cf. *Goetting. gel. Anzeigen* a. 1782. p. 9 ſqq.

B. Scriptores de Obeliſcis.

ercati. MICHELE MERCATI (San-Miniatenſis Florentini, Clementis VIII, Pontificis, Archiatri, et Archaeologi † 1593) *Degli Obeliſchi di Roma* 1589. 4.

Eiusdem *Conſiderationi ſopra gli avvertimenti del Sign. Latino Latini, intorno ad alcune coſe ſcritte nel libro degli obeliſchi di Roma, inſieme con alcuni ſupplementi al medeſimo libro.* ibid. 1590. 4.

gaeus. PETRI ANGELII BARGAEI (*Hiſtorici, Archaeologi et Poetae Piſani* † 1596) Commentarius de Obeliſcis, ad Sixtum V. P. M. *Romae* 1586. 4; et in *Graevii* Theſ. Ant. Rom. T. IV. p. 1893 ſqq.

ntana. DOMENICO FONTANA (Milino-Novocomenſis, Mathematici et Architecti Sixti V. P. M. † 1610) *della traſportatione dell' Obeliſco Vaticano et delle Fabriche di noſtro Signore Papa Siſto V. Libro primo.* In Roma 1590. fol. Cum figuris aen. — Machinae potiſſimum, quibus Fontana in erigendo obeliſco iſto uſus eſt, in hoc libro non minus raro, quam ſplendido, deſcriptae, quam obeliſcus ipſe, qui tamen aeri inciſus conſpicitur, vulgoque vocatur obeliſcus Vaticanus, eoque tempore, quo erigebatur (a. 1586) iacebat

poſt

poſt templum Petrinum. Quem quum ſaepe attentus admodum Sixtus obſervaret, dixiſſe aliquando fertur, ſe nullam aliam ob cauſam optare eſſe Pontificem, quam ut erigere poſſet hoc monimentum, quod fecit ſecundo, Pontificatus ſui anno. Liber f. tomus ſecundus ineſt, licet titulus primum tantum prae ſe ferat.

Cf. CLEMENT Bibl. T. VIII. p. 416 ſq.

Athanaſii Kircheri opera huc pertinentia ſupra Vol. II. P. II. p. 341 ſqq. recenſuimus. Kircher.

POUCHARD (Profeſſoris Graecae linguae Pariſini et ſocii Acad. Inſcriptt. † 1705) *des Obeliſques;* in *Hiſt. de l'Acad. des Inſcriptt.* T. I. p. 193-198. (a. 1736. diſſertatio ipſa praelecta fuit a. 1701). — Diſputat auctor potiſſimum de duobus obeliſcis, quos Seſoſtris erigi iuſſiſſe dicitur, quorumque alter auſpiciis Sixti V, P. M. Romae erectus hodienum ibidem conſpicitur. Hieroglyphica inſculpta veras Aegypti veteris hiſtorias continere, auctor exiſtimat. Pouchard.

Queſtion hiſtorique ſur le ſujet d'une ancienne Obeliſque; in *Continuation des Mémoires de litterature de Mr. de Sallengre* T. XI. p. 473-478. Queſtion etc.

ANGELI MARIAE BANDINII (*Bibliothecarii Florentini*) de Obeliſco Caeſaris Auguſti, e campi Martii ruderibus nuper eruto Commentarius (addita verſione Itala). Accedunt Clar. Virorum epiſtolae et opuſcula. *Romae* 1750. fol. mai. Cum figg. aen. — In praefatione breviter exponitur de hiſtoria obeliſcorum, Plinio potiſſimum duce. Opus ipſum duabus partibus abſolvitur. Prior continet XXII capita, in quibus, quae de obeliſco Seſoſtridis dici potuerunt, non minus erudite, quam eleganter deſcribuntur. Primo quidem loco de Seſoſtride ipſo ſecundum Herodotum et Diodorum Bandini.

dorum narratur. Tum in tempus inquiritur, quo excisus fuerit obeliſcus, qua data occaſione auctor non potuit non ſimul de tempore regni Seſoſtridis exponere. Si locum quaeras, ubi erectus fuerit obeliſcus, in urbe Heliopolitana factum id fuiſſe, quod ea Soli dicata eſſet, cui talia ſaxa vovebantur, ex eo etiam Bandinio videtur, quod ex hac urbe Romam fuit translatus. De illa vetuſtiſſima urbe paullo fuſius agitur; tum et de Cambyſe, qui Heliopolin diruens, ſplendidiſſima quaeque, ut et obeliſcos, non tamen omnes, nec omnino, perdidit. Quale fatum obeliſcos illos tunc manſerit, qui Romam deportati fuerunt, auctor non vult definire: Kircherum tamen, et alios, redarguit, quod obeliſcum illum vel non Seſoſtridis iuſſu excifum, vel ſaltem non integrum eſſe, contendunt. De obeliſci materia quarto capite agitur. Marmore tali conſtat, quale antiqui πυῤῥοποικιλον ſ. Syenitem lapidem, recentiores *Granitum* appellant. Ex tali lapide omnes Aegyptiorum obeliſci facti fuerunt; et quorum diverſa eſt materies, alios populos, in primis Phoenices, auctores agnoſcunt. De hieroglyphicis notis obeliſco inſculptis dum auctor agere inſtituit, praemittit quaedam de varia veterum ſcribendi ratione; et ſymbolicam eſſe antiquiſſimam putat, quali non Aegyptii modo, ſed Aethiopes quoque, et alii populi, Chriſtiani etiam primis ſaeculis, uſi fuerint. Ille, de quo nunc agitur, obeliſcus, talibus figuris plenus reperitur: quae tamen, iniuria temporis, vel aliis de cauſſis, magnam partem deletae ſunt. Id ſolum notatu dignum eſt, apicem minutiſſimis hieroglyphicis ita eſſe ornatum, ut in eo totius obeliſci notae repetitae videantur, praeter alias, quae ſemel tantum occurrunt. Harum figurarum plures in aliis obeliſcis non reperiuntur.

Quid

autem ſibi velint, arduum eſt definire. Huius obeliſci cuſpidem, conſecrationem Soli perprae ſe ferre, atque opera ab Aegyptiis ſa-ous huic numini attributa ſignificare: illos in obeliſco ipſo conſpicuos, metaphorico allegorico ſenſu Seſoſtridis egregia facinora :, veroſimile arbitratur. Porro, qua occa-quo auctore, et quo modo Romam delarit obeliſcus, docemur. Tum quo in loco, nodo et quo tempore Auguſtus Imp. ſuos rit obeliſcos, diſquiritur. Inſcriptionis, in i baſi ab Auguſto inſculptae, illuſtratio ır; ſingula verba Bandinius explicat ſtu-ut non eruditis modo, ſed et tironibus ſſet. In altitudinem obeliſci poſtea inquirit. ıno, quem dicunt, pede illum dimenſus eſt, tudinem, praeter baſin, invenit pedum cir-.XXV. Simul et de menſuris veterum, pede nis Statiliano, commentatur. Si quaeras, em uſum et a quo redactus fuerit obeliſcus, Facundini mathematici id effectum fuiſſe r arbitratur, ut pro meridianae ſtilo uſurpa-non tamen ſtatim de ea re cogitatum fuiſſe, ıteriecto aliquo tempore. De variis hora-et dierum apud veteres menſuris deinceps ntur in vulgus nota. De pila in vertice ci copioſe exponit auctor, et Pigafettae alius rae obeliſco Caii impoſitae adiungit deſcriem. Poſt Plinii tempora neglectus omnino obeliſcus videtur. Quando vero, et cuius ı, fuerit everſus, vix ac ne vix quidem po-definiri. Poſt ruinam non omnino datus oblivioni campi Martii obeliſcus; a pluribus memoratur inde a ſaeculo VIII ſcriptoribus. tamen de uſu eiusdem quidquam reperitur. n A. C. circiter M D effoſſam fuiſſe horologii

partem ſcriptores tradunt, de meridiana hui obeliſci eſſe intelligendum, Noſter recte puta A. C. MDII pars obeliſci ruinis obruti primu fuit detecta, mox tamen rurſus coopertus fui quod bellis impeditus Pontifex maximus, Iulius animum ad erigendum eum applicare non potes Secunda vice detectus fuit A. C. 1587, Sixti tempore: ſed quod igne ferroque exciſus repe batur, papa ab erigendo illo abſtinuit. Alexand etiam VII tale quid in mentem veniſſe, ex *cheri* epiſtola huiusque inedita cognoſcitur, q in notis integra cum lectoribus communic Ultima tandem vice A. C. 1748 detectus fuit, circiter cubitos infra urbis ſolum depreſſus, e quinque fruſta diffractus. *Nicolaus Zabaglia*, mo litterarum omnino expers, ut vix animi ſenſa verbis exprimere valens, magna tamen gacitate praeditus, artifex ille fuit, qui, mach quadam inventa, quae ſua tantum ſimplicitate commendat, et in hoc opere poſt praefation aeri inciſa reperitur, erexit obeliſcum. Mach cum omni apparatu deſcribitur, et, qualis fi obeliſci fuerit, antequam erigeretur, verbis ar tecti *Thomae de Marcis* indicatur. Tandem de agitur, qui obeliſcum pro horologio ſolari fte affirmarunt, eiusque uſum monſtrare conati fu Recentiores tamen mathematici pro meridia potius, quam horologii uſu, obeliſcum inſervi ſatis luculenter oſtenderunt, quorum epiſtola diſſertationes, alteri huius operis parti inſe integras reperies. In quibus eminent diſſerta nes ROGERII IOSEPHI BOSCOWICH, nu mortui, et SCIPIONIS MAFFEII. Finem op facit epiſtola IACOBI STUARTI, Angli, dum erueretur obeliſcus, praeſens omnia oc ſuis ſollicite perluſtravit. Obeliſcos cum pyra dibu

onomiae inſerviiſſe primis temporibus,
a ad luxum quoque adhibiti fuerint, ar-
ationibus fultus non contemnendis.

Acta Erud. a. 1754. p. 456-465.

ii commercium epiſtolare ſuper hoc
rtum etiam dedit opuſculo ſequenti:
MATTHIAE BOSII, *Profeſſoris Phyſi-
genſis* († 1761) Commercium epiſtoli-
ſoſtridis, Auguſti, et Benedicti XIV,
Obiter Plinius Hiſtoriographus et Dio-
lus emendantur. *Gryphiswaldae* 1751.
ſius quoque contendit, obeliſcum illum
orologii, ſed pro meridianae uſu inſer-
ndinii narrationi obſervationes doctas
perſit. Boſe.

g. *gel. Anmerkungen und Nachrichten* a.
p. 396-400.
gel. Anzeigen a. 1751. p. 1156 ſqq.

ORDEN *Remarques ſur les Obeliſques;* in Norden.
ge T. I. p. 102-104. Breviter diſſeritur
rum materie, forma et uſu. Duos obe-
rbe Alexandria in itinerario ipſo auctor
Obeliſcus quidam Heliopolitanus tab.
eri inciſus.

T *Obſervations ſur l'Obeliſque interprété* Gibert.
pion; in *Mém. de l'Acad. des Inſcriptt.*
. p. 665-676. (a. 1770). Auctor docte
tur in locum nobiliſſimum apud *Ammia-
ellinum* L. XVII. cap. 4. Hermapionis,
pionis, explicationem hieroglyphicorum
obeliſco, de quo ſermo apud Ammia-
tinere ad obeliſcum, quem Conſtantius
vero, quem Auguſtus, Romam trans-
ſſerat, auctor contendit. Explicationem
vero

vero ſpectare ad Iſraëlitas, probare ſtudet. D
rit denique de variis hieroglyphicorum generi
ubi *Warburtonum* paſſim probe refellit.

SECTIO VI.

Scriptores de Mumiis.

Gryphius. ANDREAE GRYPHII (*Syndici Principatus gaviensis, ICti, oratoris et poëtae* † 1664) Mu
Wratislavienſes. *Wratislav.* 1662. 12. —
ctor diligentiorem, ſi chemicen tollas, unius e
nis mumiae explorationem, quam ulla alt
viri docti opera, ſuppeditaſſe dicitur.

Kircher. ATHANASII KIRCHERI Sphynx Myſtag
ſive Diatribe hieroglyphica, qua Mumiae ex M
phiticis pyramidum adytis erutae, et non ita
dem in Galliam tranſmiſſae, iuxta veterum hi
myſtarum mentem intentionemque plena fid
exacta exhibetur. Interpretatio ad inclytos ab
ſiorumque cognitionum peritia inſtructiſſimos
lologos directa. *Amſtelod.* 1674. fol. —
aſphalto Aegyptios in condiendo uſos eſſe c
tendit.

Lettre d'un Academicien. *Lettre d'un Académicien, où ſont expliqués hieroglyphes d'une Mumie apportée d'Egypte.* à I
1692. 4.

Kettner. M. FRIDERICI GOTTLIEB KETTNERI,
Sch. E. Cizenſ. h. t. Con-Rectoris, Μουμιαι των
γυπτιων, ſive hiſtoricum Schediaſma de Mu
Aegyptiacis, deque egregia Lipſienſi in biblioth
inſtructiſſima magnifici Senatus quondam
Lipſ. 1694. 4. Editio ſecunda multo auctior.
1703. 8. (Editio prima formam habet diſſerta
nis academicae). Cum tabula aenea, mum
iſtam repraeſentante. — Poſt prooemium,

io de aliorum antiquorum populorum ritibus rca mortuos diſſeritur, ſequitur caput primum neraale, quo agitur de vocabuli Mumiae etymo- gia, ſynonymia et homonymia, et de origine itus huius Aegyptiaci, quae adiudicatur Aegyptiis. 'orro inveſtigatur cauſſa unctionis, examinantur t conferuntur narrationes Herodoti et Diodori de daverum balſamatione Mumiarumque fabrica. Hiſſeritur poſtea de interiore cadaverum ornatu t Iſide in faſciis quibusdam; de icunculis aliis orpori infutis; de aureo folio, ori quorundam ferto; de faſciis earumque mirabili ligatura; de ſervatione corporum in domibus; de ſarco- hago; de pompa funebri; de incluſione in cry- is; de diis tutelaribus. Adduntur quaedam de u medico Mumiarum, de Franciſci I, regis Gal- rum, cura mumiali, de difficili Mumiarum ſuper aria translatione. In capite ſecundo ſpeciali udioſe deſcribitur Mumia, quam libelli titulus mit. In fine quaeſtiones tanguntur de termino, ui huic Aegyptio ponendo, et de moralitate ftionis adhuc ſervatae.

Lettre de Mr. RIGORD *ſur une ceinture de toile*, *vée en Egypte autour d'une Mumie*, *avec des ca- ctres inconnus;* in *Mémoires de Trévoux* 1705. n p. 429-441. Rigord.

Lettre d'un Anonyme à Mr. Rigord ſur le même ument Egyptien; ibid. 1740. Mars p. 476-495.

CHRISTIAN HERZOG, *herzogl. Sächſ. Gothai- ſchen Hofapothekers*, Mumiographia medica, *oder richt von Egyptiſchen Mumien* etc. Gotha 1717. *) *Francogallice* ibid. 1718. 8. — Verus auctor ius eſt GODOFREDUS VOCKERODT, Rector holae Gothanae olim celeberrimus († 1727), pote qui nomine Herzogii, ſoceri ſui, qui ſibi Herzog. C. Vockerodt. Mumi-

*) Falſo paſſim legitur 1716.

Kempii, Societ. reg. Brit. ſocii, ſervatorum i grederetur, multa late diſſeruit de Aegyptioru funeribus, modo condiendi corpora humana adverſus corruptionem muniendi, de hierogly phicis, et de Aegyptiacis Deorum ſimulacri Ubi in primis obſervat de Mumiis Kempianis, il poſt tot ſaecula adeo nihil imminutum eſſe, u Plato non ſine veri ſpecie a corporum firmit animorum immortalitatem deducere potuerit. A Hieroglyphica illuſtranda attulit linteum quodda Iſidis, Oſiridis, Anubidis, aliorumque Deoru apotropaeorum et prophylacteriorum imagini inſignitum. Huiusmodi lintea corporibus affi fuiſſe, ut manus impias et ſceleratas prohiberet ſceleratis per Deorum conſpectum metu incuſſ non vane opinatur doctiſſimus Anglus.

Gordon. ALEXANDER GORDON'S *Eſſai towards ex- plaining the hieroglyphical figures on the Coffin of a ancient Mummy, belonging to Capt. Lethieull* London 1737. fol. max.

Eiusd. *Eſſai towards explaining the ancient Hie- roglyphical figures on the Egyptian Mummy in Muſeum of Dr. Mead, Phyſician in ordinary to Majeſty.* ibid. eod. fol. max. Additae ſunt du diſſertationibus XXV tabb. aen.

Middleton. CONGERS MIDDLETONI Deſcriptio Mu- miae Cantabrigienſis; in *eius* Germanis qui- dam antiquitatis eruditae monumentis etc. (*Lon- dini* 1745. 4 max.) p. 251-262; et in eiusd *Miſcellaneous Works* (Lond. 1752. IV Voll. in Vol. IV. p. 168 ſqq. Cum tabb. aen. quarum alt Mumiam ipſam, altera eiusdem integument exhibet.

Blumen-bach. IOH. FRID. BLUMENBACH (Prof. Med. Go ting.) *Von den Zähnen der alten Aegyptier und den Mumien;* in *Lichtenbergs und Forſters Gotti Mag*

azin a. 1780. Part. I. p. 109-139. — Den-
in Mumiis Aegyptiacis ſingularis ſtructura,
n poſt Middletonum Blumenbachius primus
rvavit, occaſionem ei praebuit, docte et ſub-
r de cauſſis huius ſtructurae ac de Mumiis
ratim diſſerendi. Tradit igitur compendium
i eorum, quae cum ipſe, tum alii ante eum
umiis animadverterunt atque notarunt. Prae-
lia auctor docet, primos etiam Chriſtianos in
ypto cadavera more Aegyptiorum antiquo-
in Mumias transformaſſe; non in una Ae-
i regione, ſed ubique, Mumias factas fuiſſe;
itium corpora ita condita inveniri pauca, quia
ioribus antiquioribus multo pauciores e vivis
ti fuerint, quam hodie, ubi morbi infantibus
rii, veteribus autem ignoti, ſtragem multo
rem faciant; ſarcophagos variae eſſe formae;
is minime eſſe linteas, ſed goſſypinas; faſcia-
, artificioſiſſime plerumque complicatarum,
itudinem non eſſe ſemper eandem, nec poſ-
uram; antiquiſſimis temporibus omnes Ae-
ios corpora defunctorum contra putredinem
vel illo modo ſervare ſtuduiſſe. In fine non-
ı de rebus variis cum vel in Mumiis inventis
itantur.

CHRISTIANI GUIL. FRANC. WALCHII Walch.
lectio de Mumiis Chriſtianis; *in* Commentatt.
et. reg. ſcient. Gotting. per a. 1780. Vol. III. —
nenbachii ſententia, Chriſtianos quoque anti-
ires, in Aegypto degentes, corporibus defun-
um etiam Mumiarum formam induiſſe, auctori
iſionem, eandem paullo diligentius exami-
di, dedit. E recentioribus quidem *Chifletius*
lingbamus earum mentionem fecere: ſed quum
tes haud adierint, Walchius id ſuſcepit, atque
ı ex Athenagora, Clemente Alexandrino,

 Orige-

Origene, Dionyſio, Auguſtino, aliisque collegit, quae lucem aliquam huic argumento obſcuro et incerto accendere queant. Certum ex iisdem fit, primos Chriſtianos id feciſſe, cadaveraque vel ſub terra condidiſſe, vel in domiciliis ſuis conſervaſſe, et haec quidem vel medicata ſolum, vel in Mumias transformata. Nonnulla tamen Walchii placita in dubium vocavit

Heyne. CHRISTI. GOTTL. HEYNIUS in ſubſequenti *Spicilegio antiquitatis mumiarum.* Indicat potiſſimum incerta et imperfecta, quae de Mumiis hiſtoria nobis tradit. Teſtimonia ſcriptorum hodoeporicorum recentiorum atque veterum hiſtoricorum, Herodoti, Diodori, aliorum, miro acumine critico expenduntur et inter ſe conferuntur, falſaque, dubia ſeu minus certa proponuntur. Refelluntur ii, qui in imaginibus ſeu in larva, qua Mumiae vulgo obductae ſunt, ſeu in ſarcophagis pictis, ſpeciem et vultum mortui, qui in eo conditur, expreſſum eſſe putant. Summa, qua pollet auctor, eruditio et modeſtia ubique elucent. Idem paullo poſt exhibuit

Mumiae, quae ex regis Daniae liberalitate in Muſeo academico (*Gottingenſi*) ſervatur, accuratiorem notitiam, cum obſervationibus; *in* iisdem Commentationibus per a. 1781. Vol. IV; inter Commentt. hiſt. philol. p. 1-19. Cum tabula aenea colorata, qua Mumiae forma repraeſentatur. Primum de externa ſpecie auctor dicit, tum ad interiorem apparatum progreditur, negligens vulgaria aut communia. In mento huius Mumiae nullum veſtigium eſt ornamenti eius, quod *perſeam* appellant viri docti, coni complicati ſpecie; atqui in plerisque medicatis corporibus eorumque ſarcophagis obvium id eſſe dicitur. Quidnam ſpecies referat, in controverſiam venit inter viros doctos

ɔctos. Vulgo ea pro barba habita eſt, nec Heyius ab eadem ſententia plane abhorret. „Ut, iquit, pro barbae plicis pertextae ſpecie habenım eſſe cenſeam, movent me cum alia, tum oc, quod in Iſide aut alia dea femineive ſexus gura ornamentum illud nunquam mihi conſpeum eſt. Nunc vero et illud pro argumento :cedit, quod in noſtro ſarcophago corpus mu:bre conditur, deficitque adeo in eius larva, .m in operculo, inſigne illud barbae in aliis obıum.“ Pictura huius Mumiae non eſt tam varia ; tam multiplicis argumenti, quam in nonnullis umiis, magis tamen variata et arguta, quam in ıltis aliis. Pigmenta ipſa chemicis experimentis ploravit *Ioh. Frid. Gmelin*, Medicinae et Philoſ. oſ. Gottingenſis; interiora idem, et *Wrisberus* et *Blumenbachius*, Profeſſores Medicinae Gotıgenſes. Modus hanc Mumiam condiendi nos videtur ac diverſus a caeteris, qui traditi et ſervati ſunt. Nihil hic medicati ex ſolenni ɔre; nullum bituminis ſeu reſinae veſtigium; ıil ſolidi deprehenſum praeter oſſa; nullae ne :mbranarum quidem reliquiae. Conditurам nen adhibitam fuiſſe, non dubitandum, ideoque ɔdendum, antequam corpus condiretur, extrin:us omnem carneam fibram ab oſſibus ſcalpello ſſe abraſam. Probabile porro fit, inciſione facta cera eſſe educta, muſculis quoque exciſis, et ılpello abraſis interioribus oſſium et coſtarum rietibus; adeo nullum veſtigium ne membranam quidem ſupererat. Verbo, ſceletum factum t, etſi craſſiore Minerva, antequam conditum iniret taricheuta. Caeterum hac unius Muiae deſcriptione firmatur ſatis illud, quod in ſuriore commentatione Heynius poſuerat, pluriios ac diverſos corporum medicandorum fuiſſe

 modos,

modos, fruſtraque Mumiarum condituras ad unum aliquod genus eſſe revocatas.

Poſteriori huic commentationi inde a p. 19 usque ad 24 Heynius ſubiecit *Emendanda et addenda* ad priorem. Confirmatur v. c. quod auctor, Ptolemaeorum aetate condiendorum corporum morem adhuc viguiſſe, dixit. Nec modo Aegyptios, verum et Graecos Aegyptio more conditos fuiſſe, affirmat.

* * *

Quoniam etiam multa huc pertinentia peti poſſunt e ſcriptoribus de pollinctura ſeu balſamatione in genere, hos nominare ſaltem volumus.

Rivinus. ANDR. RIVINI Diſſ. de pollinctura ſ. balſamatione. *Lipſ.* 1655. 4.

Sebiz. MELCHIOR SEBIZ Diſſ. de conditura ſ. balſamatione cadaverum humanorum. *Argent.* 1649. 4.

C. Hofmann. CHRISTI. HOFMANNI Diſſ. de pollincturae antiquitate, ex Arabum monimentis illuſtrata. *Ienae* 1669. 4.

Clauder. GABR. CLAUDERI Methodus balſamandi corpora humana. *Altenburg.* 1679. 4.

Lanzoni. IOSEPHI LANZONI (*Medici Ferrarienſis*) Tract. de pollinctura et balſamatione apud veteres et recentium variis balſamandi cadavera modis. *Ferrariae* 1693. 12. *Genev.* 1696. 12.

F. Hofmann. FRID. HOFMANNI Proluſio de modo veterum balſamandi corpora. *Hal.* 1695. 4.

Penicher. LUD. PENICHER *Traité des Embaumemens ſelon les anciens et les modernes.* à Paris 1699. 12.

Wedel. GEORG. WOLFG. WEDEL in Exercitationibus medico-philologicis (*Ien.* 1703. 4.) Decade diſſ. 6 et 7 agit de balſamatione tum aliorum corporum, tum Chriſti.

THO

THOMAE GREENHIL Νεκροκηδεία; *or the Art* Greenhil.
f *Embalming*. Lond. 1705. 4. Magnum volu-
ıen, teſte Heynio, indocti hominis, in conge-
endis locis ac rebus alieniſſimis occupati.

ROUELLE *ſur les Embaumemens des Egyptiens;* Rouelle.
ı *Mém. de l'Acad. des Sciences de Paris* 1750.

Comte DE CAYLUS *des Embaumemens des Egyp-* de Caylus.
ens; in *Hiſt. de l'Acad. des Inſcriptt.* T. XXIII.
. 119 ſqq. *Theotiſce* in eiusdem *Abhandlungen*
ır Geſchichte und zur Kunſt, a *I. G. Meuſelio* col-
ctae ac Theotiſce redditae (*Altenburg.* 1768 ſq.
oll. II. in 4.) Vol. I. p. 334-354. — In parte
ima de Mumiis ipſis auctor diſſerit, opiniones-
ıe cum veterum tum recentiorum de illarum
ɔrica examinat, adiutore Ruellio, modo laudato.
ırs altera agit de ſarcophagis Mumiarum et de
ırum conditoriis. Titulo igitur quidem hae ob-
rvationes non vulgares huc referendae videntur,
autem vera ad ſcriptores de Mumiis ipſis, ideo-
ıe poſt Middletonum etiam commemorandae.

SECTIO VII.

Scriptores ſpeciales de Nilo.

Poſt ſcriptores de Aegypto generales ſupra
emoratos et itineraria poſtea recenſenda, ut et
aeter ſcriptores de Aethiopia, v. c. LUDOLFUM;
quentes, qui in libellis ſingularibus de Nilo
usque memorabilibus egerunt, in cenſum ve-
ıunt.

IOH. BAPT. SCORTIA (*Ieſuitae Genuenſis* † Scortia.
627) de natura et incrementis Nili Libri II; in
uibus inter diſputandum plures aliae quaeſtiones
hyſicae explicantur. Nunc primum prodeunt
iplici indice locupletati. Lugd. 1617. 8. —

 Libro

Libro primo agitur de Nili nominibus, origine, curſu, oſtiis, magnitudine etc. Altero, de illius aeſtivo tempore, contra quam caeteris paene accidit fluminibus, incremento, cuius cauſſam ſoli Deo cognitam cenſuit Irenaeus L. II. c. 47. Scortia autem probat, Nili incrementum eſſe ab aquis pluviis in Aethiopia hyeme cadentibus.

Cf. SINCERI (ſ. SCHWINDELII) Notit. crit. p. 260.

Wendelini. MARCI FRIDERICI WENDELINI (*Theologi et Rectoris Gymnaſii Servestani* † 1652) Admiranda Nili: commentatione philologica, geographica, hiſtorica, phyſica et hieroglyphica ex CCCXVIII auctoribus Graecis et Latinis vetuſtis et recentibus illuſtrata. Cum triplici indice. *Francof.* 1623. 8. *Cantabrigiae* 1648. 4. — Eſt compilatio ſine iudicio corraſa, intermixtis excurſibus ad rem non pertinentibus.

Voſſius. ISAACUS VOSSIUS de Nili et aliorum fluminum origine. *Hagae Comit.* 1659. 4. — Inſertae ſunt duae mappae chorographicae, Aethiopiam Niliquc curſum repraeſentantes. Nili inundationem nimiae pluviarum copiae in Aethiopia et in regionibus lineae aequinoctiali adiacentibus aeſtatis tempore effuſae adſcribit.

de la Chambre. (MARINI CURAEI) DE LA CHAMBRE (Conſiliarii et primi Archiatri regis Galliarum † 1669) *Diſcours ſur les cauſes du débordement du Nil.* à Paris 1666. 4. — Auctor nitrum, quo aqua Nilotica impraegnata dicitur, cauſſam eſſe omnium memorabilium huius inundationis opinatur. In parte prima demonſtrat, Nili aquam eſſe nitri plenam, naturamque nitri explicat. Secunda oſtendit, quo modo nitrum ſit cauſſa fertilitatis; tertia res memoratu quam maxime dignas ortas ex inundatione iſta ac nitro. Quarta et quinta demon-

demonſtrat, omnes inundationis effectus minime a pluviis provenire. Sexta continet relationes, auctoris opinionem ſtabilientes.

MURTADI, Sectione V commemoratus. Murtadi.

PETER WYCHE *ſhort Relation of the River* Wyche. *Nile, of its courſe and current, of its overflowing the campaigns of Egypt, till it runs in to the Mediterranean and of other Curioſities. Written by an eye-witneſs, wo lived many years in the chief Kingdoms of the Abyſſine Empire. Translated out of a Portugueſe Manuſcript, at the deſire of the Royal Society.* London 1669. 8. *Italice* a *Gianni del Marroſſa.* Firenze 1693. 8. Laudatur prae caeteris haec relatio, ex *Hieronymo Lupo* (*Lobo*, de quo infra in cap. de ſcriptoribus rerum Aethiopicarum) maximam partem mutuata.

HENRICI VALLERII Diſſ. de fontibus Nili. Vallerius. *Upſal.* 1698. 8.

De Nilo etiam audiendi ſunt BARTHOLO- Stibbs. MAEUS STIBBS, IOH. LEACH, aliique, quo- Leach. rum relationes exhibentur in *Travels into the inland parts of Africa* (Lond. 1742. 4.), de quibus ſupra Vol. II. P. II. p. 329 ſq.

De natalibus vocabuli Nili agit CHRISTIA- Müller. NUS MUELLER in Satura obſervationum philologicarum, maximam partem ſacrarum (*Lugd. Bat.* 1752. 8 mai.) p. 1-11.

D'ANVILLE *Diſſertation ſur les ſources du Nil,* d'Anville. *pour prouver qu'on ne les a point encore découvertes;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcriptt.* T.XXVI. p. 46-63. (a. 1759). Cum tabula geographica. Adhuc omnia de Nili origine eſſe incerta, probatur e comparatione et illuſtratione *Strabonis*, *Ptolemaei*, geographorum Arabum et itinerariorum recentiorum.

CHRISTOPH MEINERS *Kurze Geſchichte des* Meiners. *Nils;* in eiusdem *Vermiſchten philoſophiſchen Schrif-*

ten (Leipz. 1775. 8.) P. I. N. VI. — Fontes, e quibus auctor narrationem de Nili origine et inundationibus hauſit, ſunt *Herodotus*, *Diodorus*, *Strabo*, *Lobo*, *Maillet*, *Dampier*, *Shaw*, *Pococke*, *Haſſelquiſt*, *Norden* et *Niebuhr*.

SECTIO VIII.

Scriptores de Aegypto geographici et hodoeporici.

Praeter itineraria, inter ſcriptores de Palaeſtina et Arabia relata, V. C. FUERERI AB HAIMENDORF, VON TROILO, BREMONDI, HEYMANNI, THOMPSONI, POCOKII, HASSELQUISTI, ATHELARDI, NIEBUHRII, IRWINI, ROOKII caet. adeunda et conſulenda ſunt ſequentia:

Longsward. WILL. LONGSWARD'S *or* LONG-ESPEE *Voyage into Aegypt* (a. 1748); in Hakluyti *Navigations* etc. Vol. II. P. I.

Abulfeda. ABULFEDAE deſcriptio Aegypti; de quâ ſupra Vol. II. P. I. p. 136 ſq.

Petrus Martyr. PETRI MARTYRIS ANGLERII Legatio Babylonica; in *eius* Decadibus de novo orbe, de quibus alibi agemus. Hic notandum, Petrum a Ferdinando Catholico, rege Hiſpaniae, a. 1501 miſſum fuiſſe lagatum ad Sultanum Aegypti, feliciterque hac provincia defunctum. Relatio de eadem, quam litteris mandavit, potius inſcribenda fuiſſet: *Legatio Aegyptiaca*, quam Babylonica; id quod factum in verſione Itala, ſic inſcripta: PIETRO MARTYRE, *Milaneſe*, *delle coſe notabili dell' Egitto*, *tradotto della lingua latina in lingua italiana*, *da* Carlo Paſſi. In Venetia 1564. 8.

Evesham. IOH. EVESHAM *Voyage into Aegypt* (a. 1586) ap. *Hakluyt* Vol. II. P. I.

:AUR. ALDERSEY *Voyage to Alexandria and* Alderſey.
o (a. 1586); ibid.

IOH. MICH. WANSLEBEN (Gallice VANS- Wansleben.
; Italice VANSLEBIO) *Relatione dello ſtato*
nte dell' Egitto. In Fiorenza 1670. 12. In Pa-
1671. 12 mai.

Eiusdem *Nouvelle Relation, en forme de Jour-*
d'un voyage fait en Egypte en 1672 *et* 1673.
ris 1677. 12. — Wansleben, Erfordienſis,
iomonti per aliquot annos ſtudio theologiae et
oſophiae ſe dedit; poſtea Iobum Ludolphum,
ularem, adiit, addiſcendae linguae Aethiopicae
ſa. Cuius ſuaſu et ſumtibus Angliam petiit,
que rediens ab Erneſto, Duce Gothano, a.
3 in Aegyptum et Habeſſiniam eo fine miſſus,
hriſtianorum in Habeſſinia viventium condi-
em et doctrinam exploraret. Quo minus ta-
 mandatis rite ſatisfaceret, a Patriarcha Ale-
drino ſibi perſuaderi paſſus, itinere abrupto
nam petiit ibique a. 1665 a religione Luthe-
 ad Romano-Catholicam tranſiit. Haud
to poſt ſocius Ordinis Dominicanorum ſ. Prae-
torum creatus eſt, annoque 1670 Lutetias
ſiorum migravit, et a Colberto a. 1672 iterum
Aegyptum miſſus, et ad cognitionem huius
ae penitiorem adipiſcendam, et ad codices
u ſcriptos rariores comparandos, hosque
bibliothecam regiam Pariſinam ingerendos.
unquam vero huic itineri usque ad a. 1676
rfuit, quo etiam tempore Conſtantinopolin
t; Colbertus tamen minime rebus eius geſtis
tentus, pecuniam ad edendos codices Aethio-
s allatos erogare noluit. Qua forte Wans-
us afflictus, a. 1679 vicarius eccleſiaſticus vici
onenſis, prope Fontem Bellaqueum mortuus

In libello priore, a nobis indicato, primum,

 quod

quod perfecit, in Aegyptum iter leviter adm
dum deſcripſit: in poſteriore alterum iter copi
ſius maioreque cum fructu narravit. In bibli
theca Ducali Gothana alia itineris prioris expo
tio, quam Erneſto Principi membratim mi
Theotiſca lingua concepta, eaque plenior, qu
quae typis expreſſa, ſervatur. — Idem *Wan
ben* edidit: *Hiſtoire de l'Egliſe d'Alexandrie, fon
par S. Marc, que nous appellons celle de Jacobi
Coptes d'Egypte, écrite au Caire même en* 1662
1673. à Paris 1677. 12. Coptorum caerimoni
eccleſiaſticae in hoc libro deſcribuntur. Caeteru
omnes tres libri Wanslebiani raris annumerant

Cf. ERN. SAL. CYPRIANI Catalogus Codic
manu ſcriptorum bibl. Gothanae (*Lipſ.* 1714. 4
p. 64 ſqq.

Melton. EDUARD MELTON *Zeldſame en gedenkwaerd
Zee- en Land-Reyzen door Egypten, Weſt-Indi
Perſien, Turckyen, Ooſt-Indien, en d'aengrenſen
Geweſten. Behelſende een ſeer naeukeurige Beſch
vinge der genoemder Landen, benevens derzelver I
woonderen Godts-dienſt, Regeering, Zeden en G
woonten. Mitsgaders veele ſeer vreemde voorvall
ongemeene geſchiedeniſſen en wonderlyke wedervar
gen, aengevangen in den Jaere* 1660 *en geeyndig
in den Jaere* 1677. *Vertaelt uyt d'eyge aenteken
gen en brieven van den gedachten Hr. Melton, en
verſcheydene ſchoone kopere Figuren verciert.* Am
1681. 4. — Prima libri pars integra de Aegy
memorabilibus agit. Narratio candida videtur
que ſincera.

Voſſius. ISAACUS VOSSIUS in *variarum obſervation
libro* hodie raro (*Londini* 1685. 4.) docte eti
differit de Thebarum Aegyptiarum, Alexandri
Cairi et Babylonis Aegyptiacae magnitudine.

CLAUDI

CLAUDE SICARD, *de la Comp. de Jeſus, Lettre Mgr. le Comte de Touloufe, contenant une Relation ſes trois voyages dans la haute et baſſe Egypte, rite en* 1716. Cum tabula geographica. Sicard.

Eiusdem *Relation d'un voyage aux cataractes et ous le Delta.* Utraque relatio lectu ſane digna tat in *Nouveaux Mémoires des Miſſions de la Comp. Jeſus* (à Paris 1717. 12.) T. II. p. 1-288.

FRID. LUD. NORDEN *Drawings of ſome ruins and Coloſſal Statues at Thebes in Egypt, with account of the ſame in a Letter to the Royal Society.* Lond. 1741. 4. — Specimen itinerarii mox cenſendi, in quo idem legitur, Vol. II. p. 165-73. Norden.

GRANGER (ſ. potius TOURCHETOT) *Voyage it en Egypte en l'année* 1730, *où l'on voit ce qu'il a de plus remarquable, particuliérement ſur l'Hiſtoire naturelle.* à Paris 1745. 12. *Theotiſce* in *Sammlung aller Reiſen* (Goetting. 1751. 8 mai.) T. III. 307-428. — Relatio quidem brevis, at ob ceritatem auctoris, chirurgi et a rege ſuo in egyptum miſſi, magni aeſtimanda, utpotè qui ultas opiniones falſas, a ſcriptoribus hodoeporicis fabuloſis diſſeminatas, e medio tollere ſtuduit. ter alia contendit, fertilitatem Aegypti minime ntam eſſe, quantam plurimi alii ſcriptores eam aedicaverint. Cognitu etiam digna, quae, propria experientia edoctus, profert de Nili inundatione, de eius canalibus et oſtiis, de Aegypti ſolo t coelo, de regimine Turcico, de antiquitatibus Aegyptiacis rebusque naturalibus. Grancher ſ. Tourchetot

A Journal from Grand Cairo to Mount Sinai and back again; translated from a Manuſcript, written by the Prefetto of Egypt, in company with ſome Miſſionaries de propaganda fide at Grand Cairo. To which are added Remarks on the origin of Hieroglyphics Journal from Grand Cairo.

phics and the Mythology of the ancient Heathens. *the Right Reverend* ROBERT (CLAYTON), *I* *Biſhop of Clogher* (in Hibernia † 1758). *Lon* 1752. 8 mai. Editio II. *ibid.* 1753. 8 mai. C figg. aen. *Theotiſce*, cum notis nonnullis, a *Phil. Caſſelio.* Hannover. 1754. 8. Cum 1 aen. — Deſcriptio itineris ipſa, a praefecto 1 nachorum Franciſcanorum in Aegypto a. 1 ſuſcepti, non adeo multum frugis praebet, pra narrationem de *Gebel el Mokatab* ſive de mont marmoreis, characteribus hodie plane ign ſignatis; quae ut explicentur, editor Anglus c ſilia expromit, nondum expleta. *) Coniectu quas ſuper hac re exhibet, ut et ſuper ori hieroglyphicorum atque mythologiae Aegyp cae, ſcriptorem arguunt rerum Aegyptiarum 1 ſatis peritum.

Cf. *Goetting. Anzeigen von gel. Sachen* a. 1753 1332 ſqq. a. 1754 p. 537 ſqq. et 568.
Erlang. gel. Anmerkungen a. 1753. p. 393 ſqq.
BAUMGARTENS *Nachrichten von merkwürd.* *chern* T. X. p. 159 ſqq.

Norden. FRID. LUDOV. NORDEN, *Capitaine des* *ſeaux du Roi* (de Dannemarc) *Voyage d'Eg* *et de Nubie. Ouvrage, enrichi de Cartes et de* *gures deſſinées ſur les lieux, par l'Auteur m* *Tome I.* à Copenhague 1755. **) fol. max. Tom. II. ibid. eod. Cum tabb. aen. CLIX, c auctoris effigie aliisque ornamentis aeque utili ac iucundis. — *Anglice*, a *Petro Templem* Lo

*) Cf. tamen EDUARDI WORTHLEY MONTAG *Obſervations on the coaſt of the Read Sea and the g* *Deſart*; in *Philoſ. Transactions* T. LVI. (a. 1767).
**) Tomus prior prodiit quidem iam a. 1751, ſed t titulo, quippe qui una cum tomo poſteriore emi annum 1755 prae ſe fert.

. 1757. II Voll. in fol. Cum omnibus ar-, pi tabulis aeneis. Simul minor prodiit verſionis editio, omiſſis nonnullis relationis ulis figurisque plurimis, *) notis tamen qui- m adſperſis, Lond. 1757. II Voll. in 8. — ic verſione Anglica minore orta eſt *Theo-* confecta a *Joh. Frid. Eſaia Steffens*, Se- miniſterii eccleſiaſtici et paſtore primario ıſi. *Vratislaviae* 1779. II Voll. in 8. Cum ditionis Anglicae minoris additis. — Epi- Theotiſca prodierat antea in collectione iti- Berolin. T. II. — Auctor, natione Ger- , utpote qui Gluckſtadii in Holſatia a. 1708 , impenſis regis Danorum inde ab a. 1733 iniit itinera. Primo petiit Belgium, artis ae addiſcendae gratia. Eodem conſilio a. Maſſiliam adiit, poſteaque Liburnum, tres- er annos in Italia commoratus eſt. Floren- . 1737 accepit mandatum regis ſui, quo ptus illi peragranda erat. Anno paene in- ibi transacto, a. 1738 reverſus eſt in pa- Nauarcha a rege ſuo creatus, eiusdem voluntarii militis vicem in claſſe Anglica, Hiſpanos bellum gerente, ſuſtinuit. Anno initioque ſequentis Londini, maioris rei mae peritiae acquirendae cauſſa, verſatus eſt, ſocius academiae ſcientiarum regiae electus. dinis reſtituendae gratia a. 1742 Francogal- etiit, eodemque vero anno Lutetiae Pariſio- mortuus eſt. Quae ille annis 1737 et 1738 gypto obſervaverat et collegerat, poſteaque erat, ut et figuras, ab eodem ſummo ſtudio atas, ſocius itineris ultimi, Comes *Dan- ld-Samſoe*, ſecum Hafniam adſportavit, ubi Comitis

Tabulae perpaucae, ſecundum archetypa delineatae, rtem produnt exiguam.

Comitis precibus ac regis iuſſu academia ſcientia-rum opus in ordinem redegit, perfecit, typisque mandavit, quibus ſane ſplendidiſſime repraeſentatum eſt. Figuras ab auctore delineatas *Tuſcherus*, Germanus, in aes affabre incidit. — Prima operis pars exhibet deſcriptionem veteris urbis Alexandriae. Secunda, novae ſ. hodiernae urbis. Tertia, veteris et novae urbis Cahirae. Quarta, Pyramidum, cum obſervationibus ſuper Gravii pyramidographia et ſuper obeliſcis, paullo ſuperius commemoratis. Pars quinta, qua tomus poſterior inchoat, continet diarium auctoris in itinere inde a Cahira usque ad Girgam ſ. Tſchirſcham, urbem Aegypti ſuperioris primariam. Pars ſexta, continuationem itineris usque ad arcem Eſſuaen. Septima, usque ad oppidum Deir ſ. Derri. Octava, narrat reditum inde usque ad Cahiram. Additus in fine index. Praeter multa alia notatu digniſſima obſervandum, neminem Nili curſum regionesque adiacentes tanta diligentia deſcripſiſſe atque delineaſſe, quam Nordenium, harum rerum peritiſſimum. Narratio, ſine fuco et oſtentatione expreſſa, veritatis et candoris ſigna indubia prae ſe fert.

Fourmont. (CLAUDII LUDOVICI) FOURMONT *Deſcription hiſtorique et géographique des plaines d'Héliopolis et de Memphis.* à Paris 1755. 12 mai. Cum tribus tabulis aeneis. *Theotiſce* a *Georgio Frid. Caſ. Schad.* Norimb. et Lipſ. 1782. 8. Cum quatuor tabb. aen. — Auctor, Regi Galliarum ab interpretatione linguarum orientalium, quatuor per annos (ſcil. ab a. 1747) ſumtibus regiis verſatus Cahirae, hanc urbem vaſtam eiusque vicinia loca ſtudioſe obſervavit, atque geographiam eorum veterem ac novam, ope linguae Arabicae et antiquitatum Aegyptiarum, egregie illuſtravit. Veterem urbem Mem-

Memphidem minime, ubi urbis Cahirae pars ve-us hodie ſit, poſitam fuiſſe, demonſtrat. In de-criptione planitiei circa Memphidem ubique ſuas bſervationes cum veterum teſtimoniis comparat. ec deſunt narrationes de Cahirae ſtatu civili ac ligioſo, de incolarum moribus, aliisque memo-bilibus, potiſſimum de aedificiis urbis maxime nſpicuis. Licet vero non adeo multa nova ctor tradat; tamen eius relatio magis confirmat ſtimonia ſuperiorum ſcriptorum. Libellum, in ermania noſtra non adeo frequentem, interpres heotiſcus locupletavit notis quibusdam minus eceſſariis, indice nimis paene copioſo, tabula nea, Cahirae ſitum et viciniam repraeſentante, que indice ſcriptorum rerum Aegyptiacarum anco.

Cf. BAUMGARTENII *Nachrichten von merkwürdigen Büchern* T. X. p. 161 ſqq.

BUESCHINGII *wöchentl. Nachr.* a. 1783. p. 69 ſq.

GIBERT *Diſſertation ſur le lac de Moeris;* in Mém. *de l'Acad. des Inſcriptt.* T. XXVIII. p. 225-45. (a. 1761). Cum tabula geographica. Auctor, uid veteres appellaverint lacum Moeridem, de-onſtrare, eoque eruditorum diſſidia circa eius tum tollere conatur. Hunc in finem teſtimonia eterum et recentiorum de lacu iſto, ſeu potius onditorio (*reſervoir*), inter ſe confert, indeque robare ſtudet, hodie adhuc adeſſe Moeridem, odem ambitu, eadem forma, eodemque ſitu, uem ſcriptores antiqui indiderint. Gibert.

D'ANVILLE *Mémoires ſur l'Egypt ancienne et moderne, ſuivis d'une deſcription du Golfe Arabique* *ou la Mer rouge.* à Paris 1766. 4 mai. Cf. ſupra Vol. II. P. II. p. 357 ſq. d'Anville.

IACOBI CAPPER *Obſervations on the Paſſage to India through Egypt and acroſs the grand Deſart.* Lond. Capper.

Lond. 1783. 4. *Theotiſce* in Sprengelii *Beytr. zur Völker- und Länderkunde* T. IV. p. 183-24
Auctor, olim chiliarchus ſocietatis Anglico-I
cae mercatoriae, aliquoties, ultimaque vic
1778 Indiam orientalem per Aegyptum vel
Syriam et Arabiam petiit. Quibus occaſion
haud pauca vidit et obſervavit, aliis peregrin
ribus incognita vel minus recte percepta. Ho
nam Aegypti conditionem probe declarat. In
orientalem prius, quam Aegyptum, ab homin
cultam, hosque Aegyptiis ſapientiores fuiſſe,
tendit. Regulas potiſſimum et cautiones, m
plici experientia probatas, iis, qui in poſte
eadem via Indiam petere cupiant, tradit.

Ditmar. THEODOR IACOB DITMAR, *Prof. der ſchichte und Erdbeſchreibung an den königl. Gymn zu Berlin* — *Beſchreibung des alten Aegyp*
Nürnberg 1784. 8 mai. — Deſcriptio veteris
gypti geographica concinna et ſuccincta, el
rata ope ducum optimorum, v. c. ſcriptorum
quorum Graecorum atque Romanorum, A
fedae, Pocokii, d'Anvillii, aliorum. Topo
phiam praecedit introductio geographica, pol
et hiſtorica. Caeterum libellus doctiſſimus
fine compoſitus, ut illuſtrationi tabulae geo
phicae d'Anvillii, Norimbergae ſecundum ar
typum delineatae, inſerviat.

Cf. BUESHINGII *wöchentl. Nachr.* a. 1784. p.

Savary. SAVARY *Lettres ſur l'Egypte, où l'on off parallèle des moeurs anciennes et modernes de ſe bitans, où l'on décrit l'état, le commerce, l'agi ture, le gouvernement du pays, et la deſcente d Louis à Damiette, tirée de Joinville et des aut Arabes. Avec des cartes géographiques.* à I
1785. T. II et III. ibid. 1786. 8. Tomus pri

T

[il]heotiſce redditus cum animadverſionibus a *Ioh. [Go]ttlob Schneider*, Profeſſore Eloquentiae in uni[ve]rſitate litterarum, quae floret Francofurti ad [V]iadrum; *Berol.* 1786. 8 mai. — Recentiſſimum [no]n ſolum, verum etiam iucundiſſimum ſuper [A]egypto itinerarium, cuius auctor epiſtolas, tomo [pri]mo exhibitas, ab anno 1777 usque ad 1779 [sc]ripſerat. Iisdem enim annis Aegyptum perſcru[ta]tus eſt. Priſcorum ſcriptorum lectio, populo[ru]m orientalium cognitio, collatio temporum [an]tiquorum ac recentiorum, dictionis veneres et [ar]tificia — quae omnia hoc in libro ſplendent — [au]ctori multorum plauſum excitaverunt.*) Magna [cu]m voluptate omnes legent, quae ille narrat at[qu]e diſſerit de Alexandria eiusque vicinia ruderi[bu]sque urbis veteris, ut et Nicopoleos atque Ca[no]pi; de Roſetta ſ. Raſchid, urbe hodiernae Ae[gy]pti florentiſſima, ubi ſimul plura de Turcarum [m]oribus, et de terrae fertilitate, eiusque proventi[bu]s; de memorabilibus Cahirae et Bulaci; de Ni[lo]metro; de Heliopoleos ruderibus; de variis Ae[gy]ptiorum hodiernorum moribus ritibusve; de [Py]ramidibus, ab auctore plus una vice perluſtra[ti]s, et in quarum molium contemplatione ſtupuit [M]ailleti obſervationes ſecum geſtas et examina[ta]s confirmat); marmoribus Pyramides olim ob[te]ctas iisque hieroglyphica inciſa fuiſſe, aſſerit; [A]rabes, Aegyptiorum victores, una cum veſti[m]entis Pyramidum marmoreis hieroglyphica ſu[bs]uliſſe. De veteris urbis Memphis ſitu et memo[ra]bilibus; de Manſura fornicibusque ibi uſitatis, [q]uibus ova gallinarum artificioſe foventur; de Dami-

*) Unus, quantum ſcimus, I. D. MICHAELIS, in *Neue oriental. und exeget. Bibliothek* (T. II. 1786) librum damnavit, nimis, hercle! acerbe et iniuſte.

Damietta vetere ac recentiore, poſteriorisque commerciis, de viciniae fertilitate; de Peluſio etc. Septem Nili oſtia non ſolum deſcripta, verum etiam in tabula aenea delineata ſunt. Adiecta eſt narratio de expeditione cruciata Ludovici Noni ſ. Sancti, regis Galliarum, in Aegypto, duce Ioinvillio. Haec fere ſunt contenta voluminis primi, cuius interpres Theotiſcus egregie rem ſuam egit, cum verſione ipſa, tum annotationibus adiectis, in quibus varia antiquitatum et hiſtoriae naturalis momenta praeclare illuſtravit.

Cf. *Goetting. gel. Anzeigen* a. 1785. p. 1079-1085.
Gothaiſche gel. Zeitungen a. 1785. p. 317 ſqq.
Hiſtoriſche Litteratur, Meuſelii cura edita, a. 1785. T. II. p. 335-357.

SECTIO IX.

Scriptores de hiſtoria Aegypti recentiore.

Marai. MARAI, *des Sohns Joſephs, von Jeruſalem, Geſchichte der Regenten in Aegypten; aus dem Arabiſchen überſetzt von* Iohann Iacob Reiske; in Büſchingii *Magazin* T. V. p. 367-454 (1771). Recenſet Arabs omnes tam praefectos, quam dominos Aegypti, inde ab initiis Iſlamiſmi usque ad a. 1034 fere poſt Fugam. Cf. Bibl. hiſt. Vol. II. P. I. p. 194.

Tercier. TERCIER *Mémoire ſur la conquête de l'Egypte par Selim I du nom, Empereur des Ottomans;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcriptt.* T. XXI. p. 559 ſqq.

Niebuhr. CARSTEN NIEBUHR in itinerario a nobis Vol. II. P. I. p. 210 ſq. ut par eſt, celebrato, de hodierno Aegypti ſtatu, de commerciis potiſſimum, fide digniſſima retulit, T. I. p. 43 ſqq. Tabulae geographicae et figurae rerum memorabilium aeri inciſae ſimul traduntur.

A Hiſto-

*A Hiſtory of the Revolt of Ali-Bey against the Lufignan.
Homan Porte. By S. L.* Κοσμοπολίτης (i. e. SA-
IQUR LUSIGNAN). London 1783. 8 mai.
rancogallice, Hamburg. 1784. II. Voll. in 8.
heotiſce, Lipſ. 1784. 8. — Huic libro, male
ripto, inſunt narrationes fide dignae maximam-
ue partem antea haud in vulgus notae, de viro,
uem libri titulus prodit, qui animo forti et intre-
ido, licet iniuſte, dominationi Osmanorum in
egypto ſe ſubduxit, ibique inde ab a. 1766 us-
ue ad a. 1775 regis inſtar imperavit. Auctor
bri, caeterum nobis ignotus, ipſe bellis ab Ali-
eco geſtis interfuit, eique operam praeſtitit. *)
e ſtatu Aegypti, recentiore introductio agit.
ppendicis loco additae ſunt deſcriptiones Tyri,
donis, aliarumque Palaeſtinae urbium, in uſum
eregrinantium; porro, relatio de Chriſtianorum
b ditione Osmanica viventium patriarchis atque
iſcopis; diarium Angli cuiusdam inde ab urbe
leppo verſus Bagdadum et Baſram, aliis etiam
ommodum.

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1784. p. 147-152.

De hodierno Aegypti ſtatu multa utilia aeque
: iucunda tradit Baro DE TOTT in *Mémoires ſur* Tott.
r Turcs et ſur les Tartares (T. III) ſupra Vol. II.
. I. p. 273 ſq. a nobis recenſitis. — Audiendus
oque SAVARY modo commemoratus. Savary.

*) De Ali-Beco etiam narrat SERGIUS PLESCHT-
SCHJEW in appendice, adiecta diario itineris a. 1770
ab inſula Paro verſus Syriam et Palaeſtinam ſuſcepti,
Ruſſice deſcripti et a C. G. A. (*Arndt*) Theotiſce verſi,
Rigae 1774. 8.

CAPVT XXV.

SCRIPTORES DE REBUS LIBYCIS, CYRENAICIS, NUMIDICIS, MAURETANIIS.

Pauci de hiſtoria harum regionum Africae ſeptentrionalis antiqua ſigillatim commentati ſunt. Indigenis et coaevis ſcriptoribus plane caremus. Hinc factum, ut hiſtoria iſta admodum manca ſit atque incerta. Ex relationibus ac teſtimoniis, paſſim in Graecis et Romanis auctoribus obviis, compoſuerunt nonnulli recentiorum narrationes de antiquo regionum et gentium iſtarum ſtatu;
ellarius. V. C. CHRISTOPH. CELLARIUS geographiam, in opere immortali: *Notitia orbis antiqui* L. IV. cap.
Allgem. elthist. 2 ſqq. *Angli*, qui vaſtam ſaepeque a nobis commemoratam *hiſtoriam univerſalem* condiderunt, T. XVI. p. 108-254 ſecundum verſionem Theotiſcam, cui BAUMGARTEN annotationes adiecit;
Ritter. ſicuti IOH. DANIEL RITTER, qui ſuis ornavit epitomen, ex opere illo a *Guthrio*, *Grayo* aliisque Anglis confectam et a Germanis Theotiſce redditam, P. V. T. II. p. 1-211; ubi hercle! notae longe praeſtantiores ſunt contextu. THOMAS
Shaw. SHAW in itinerario infra recenſendo res quoque regionum iſtarum antiquas illuſtrare ſtuduit. Praeterea notandi fere ſunt ſequentes.

1. *De Libya.*

ppianus. APPIANI, Alexandrini, Libyca ſ. liber octavus eiusdem Romanarum hiſtoriarum, optime a *Ioh. Schweighaeuſero* editarum *Lipſ.* 1785. 8.

ineccius. REINERUS REINECCIUS in Hiſtoria Iulia ſ. Syntagmate heroico P. III. cap. 26. p. 329-334; ubi de populis Libycis diſſerit.

2. De

2. *De Cyrenaica.*

ARISTOTELIS libellus de ſtatu civitatis Cy-renaicae civili, cuius Scholiaſtes Ariſtophanis me-minit, temporis iniuria periit. Ariſtoteles.

REIN. REINECCIUS l. c. P. I. cap. 20. p. 273-278. P. III. cap. 25. p. 325-328. Cum de regno Cyrenaico antiquiore, tum de recentiore agitur. Reineccius

CL. SALMASIUS in exercitationibus Plinianis paſſim de antiquitatibus Cyrenaicis docte diſputat. Salmaſius.

(IOH. HARDOUIN) *Explication d'une Medaille d'or de Cyréne;* in *Mémoires de Trevoux* 1727. Aout 1444-1452. Hardouin.

HARDION *Hiſtoire de la ville de Cyréne;* in *Mémoires de l'Acad. des Inſcr.* T. III. p. 391-413. — In hac in diſſertatione auctor ſolummodo diſputat de origine conditoris urbis Cyrenaicae, eiusque priorum incolarum, ideoque de Batto et inſula Thera, ex qua ille coloniam in Libyam deduxit. Continuationem Hardionus quidem promiſit, nunquam vero, quantum ſcimus, exhibuit. Hardion.

GIBERT *ſur l'epoque d'une Inſcription Grecque portée de Tripoli;* in *Hiſt. de l'Acad. des Inſcr.* T. XXI. p. 35 ſqq. Gibert.

3. *De Numidia.*

REIN. REINECCIUS l. c. P. III. p. 340-348. Reineccius. Exhibit, quantum fieri potuit, Numidiae hiſtoriam, genealogiam in primis Hiarbae, Maſiniſſae, Iugurthae, et cognatorum.

LUD. DEL MARMOL in libro tertio deſcriptionis generalis Africae (de qua ſupra Vol. II. P. II. p. 320 ſq.) de Numidia agit. del Marmol.

BERNH. ALDRETE in *Varias Antiguedades de España, Africa* etc. (de quo opere v. Vol. II. P. II. p. 322) de Numidia variisque olim ibi degentibus Aldrete.

 populis

populis differit, capitibus quidem XVI et XVII. p. 387 ſqq. et p. 393 ſqq.

Noris. HENRICUS NORIS in Cenotaphiis Piſanis Caii et Lucii Caeſarum, diſſertationibus illuſtratis (*Venet.* 1681. fol.) Diſſ. II. cap. XII de Iuba, aliisque Mauritaniae et Numidiae regibus diſputat.

Salluſtius. De *Iugurtha*, Numidiae rege, eiusque bellis cum republica Romana notiſſimus aeque ac praeſtantiſſimus exſtat libellus C. CRISPI SALLUSTII, Thucydidea gravitate et acuta brevitate ſtili orationisque Catonianae colore ſcriptus, cum aliis Salluſtianis ſaepiſſime typis expreſſus.

4. *De Mauretania.*

Reineccius. Cellarius. De geographia conſulendi ſunt: REINECCIUS l. c. P. III. p. 349 ſqq. et CELLARIUS l. c. L. IV. cap. 7. p. 201 ſqq.

Aldrete. Noris. Hardouin. De hiſtoria, praecipue de regibus Mauretaniae, ALDRETE l. c. L. IV. cap. 3. p. 495 ſqq. NORISIUS l. c. Diſſ. II. cap. 12. et HARDUINUS in Opp. ſelect. (*Amſt.* 1709. fol.) p. ...

Hyde. THOMAS HYDE ad itinera Abrahami Peritſol (in *eiusd.* Syntagmate diſſertationum a Greg. Sharpio edito, T. I. p. 54 ſqq.) egregie diſputat de Mauretania eiusque incolis.

Sevin. SEVIN *Recherches ſur la vie et ſur les ouvrages de Juba le jeune, Roi de Mauretanie;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcr.* T. IV. p. ...

Caſſel. IOH. PHIL. CASSELII Progr. de convenientia veteris linguae Mauritanicae cum Phoenicia. *Magdeb.* 1735. 4.

Eiusd. Obſervatio critico-philologica de columnis Phoeniciorum in Mauretania. *ibid.* 1739. 4. et in *Tempe Helvet.* T. V. Sect. IV. p. 594-601.

CAPUT

CAPVT XXVI.

SCRIPTORES DE REBUS KARTHAGINIENSIBUS SIVE PUNICIS.

SECTIO I.

Scriptores generales.

Quum nullus Karthagine ortus ſcriptor, qui de hiſtoria patriae ſuae quidquam tradiderit, ſuperſit, omnia fere, quae de hac republica olim florentiſſima ſcimus, Romanis, eius inimicis, debemus; excepto uno POLYBIO, cuius tamen hiſtoriae pars magna, in qua de Karthaginis fatis narraverat, periit. Idem de LIVII opere immortali valet. Polybius Livius.

Nonnulli ſcriptorum de rebus Phoeniciis, Vol. II. P. I. p. 8 ſqq. a nobis laudatorum, multi quoque in poſterum, ubi de ſcriptoribus rerum Romanarum agendum, excitandorum, hoc etiam loco conſuli poſſunt. Praeterea vero ſequentes.

REINERUS REINECCIUS in Hiſtoria Iulia T. II. p. . . . Reineccius

BERNH. ALDRETE in *Varias Antiguedades de Eſpaña, Africa* etc. (de quo opere v. Vol. II. P. II. p. 322) fuſe docteque de rebus Karthaginienſibus diſſeruit, maxime libro III et IV. Aldrete.

UBBONIS EMMII Deſcriptio reipublicae Karthaginienſium; in *eiusd.* vetere Graecia illuſtrata (*Lugd. Bat.* 1626. 8.) T. III. p. 157-177 et p. 498-519, ubi de ſitu, amplitudine, magnificentia, et portu Karthaginis diſſeritur. Exſtat etiam in *Gronovii* Theſ. Antiquit. Graec. T. IV. p. 503 ſqq. et 661 ſqq. De opere Emmiano in capite de ſcriptoribus rerum Graecarum referemus. Emmius.

endreich. CHRISTOPH HENDREICH (*Gedanenſis*, *Hiſtorici et Bibliographi Berolinenſis* † . . . .) Karthago, ſive Reſpublica Karthaginienſium, quam ex totius fere antiquitatis ruderibus primus inſtaurare conatur. *Francof. ad Oderam* 1664. 12. (637 pagg.) Cui veteri editioni a. 1705 a typographo Batavo novus praefixus eſt titulus. Refertur etiam inter collectionem, ſic dictam, rerumpubl. Elzevirianarum. — Docta ſane compilatio, in qua omnia fere, quae veteres de Karthagine tradidere, bene collecta ac diſpoſita. Copioſe agitur de Karthaginienſium origine, legibus, magiſtratibus, moribus, divitiis, armis, religione.

Iibañez de iegovia. Librum de Karthagine, ſcriptum lingua Hiſpanica a D. CASPARO HIBAÑEZ DE SEGOVIA ET PERALTA, et evulgatum *Pampelonae* 1664. 4, laudat *Thom. Pinedo* ad Stephanum Byz. p. 362. Nullibi plura de hoc libro comperire licuit.

Henckel. IOH. FRID. HENCKEL de Karthaginienſium republica. *Francof. ad Oder.* 1664. 4.

Schurzfleiſch. CONRADI SAMUELIS SCHURZFLEISCHII Diſp. ad Aeneidos IV. 265 (de Karthagine). *Vitteb.* 1676. 4; et in *eiusd.* Opp. hiſt. polit. (*Berol.* 1699. 4.) p. 515ᵇ-519.ᵇ — Breviter, at docte, exponitur de Karthaginis origine, de eius ambitu ampliſſimo, de regimine, de imperio maris, quod Karthaginienſis reſpubl. diu obtinuit, de eiusdem interitu, de religione, de fatis ſub Romanorum et Arabum imperio.

Swinton. Hiſtoria Karthaginienſium usque ad excidium Karthaginis per Romanos, ampla nec negligenter a IOH. SWINTONO elaborata, admixtis tamen multis, ad rem haud pertinentibus, exſtat in *Univerſal Hiſtory* etc. ſecundum verſ. Theot. BAUMGARTENII annotationibus ornata Vol. XV. p. 187-688. Vol. XVI. p. 1-108. Singulari ſtudio expo-

a eſt chronologia Karthaginienſiſ. Nec
eundae ſunt C. G. HEYNII notulae ad Heyne.
iem Theot. epitomes operis Anglici, a
o aliisque confectae, T. III. p. 252-516.
H. CONRADI FAESI, verbi divini miniſtri Faeſi.
e prope Scaphuſam) *erſte und zweyte Ab-*
ig über die Geſchichte von Karthago; in eius-
Abhandlungen über wichtige Begebenheiten aus
n und neuern Geſchichte (Zürich 1763. 8 mai.)
p. 1-142. — Ducibus Livii, Polybii et
oni, et ad modum Francogallorum ingenio-
, St. Evremontii et St. Realis, Helvetus,
rum peritiſſimus, Karthaginis hiſtoriam ci-
legislationem, mores et fata proſecutus eſt.
ie id egiſſe videtur, ut Romanorum hiſtori-
narrationes de Karthaginienſibus invidas
et, quantum fieri poterat, aequas. Diu-
moratus eſt in Hannibalis, ſummi impera-
rebus geſtis exponendis.
ſchichte der Republik Karthago. In zwey Thei- Geſchichte der Rep. Karth.
rankfurt am Mayn 1781. 8. — Auctor
mus hiſtoriam Karthaginis antiquiorem ſta-
ie huius reipublicae civilem vix attigit; eo
tria bella Punica, eorumque cauſſas et fru-
iarrat atque illuſtrat, potiſſimum, ut nobis
n videtur, duce Swintono. Nimius fere eſt
endendis contra Romanos ſcriptores Kar-
ienſibus. Errores geographici paſſim occur-

aud inepte hoc loco repetita videbuntur,
in *Fabricii* bibliotheca antiquaria p. 43 de
ſſis olim reipublicae Karthaginienſis hiſtoriis
itur. Dolendum, fatis doctiſſimi viri *Gil-*
Jaulmini interceptos eſſe eius libros III de re-
a Karthaginienſium, cum libro ſingulari de
icidiis Afrorum, quos promiſit in praefat.

 ad

ad Euſtathium de Iſmenii et Iſmenes amoribus quemadmodum etiam lucem nunquam vidi Hendreichii ſupra laudati opus de rebus Karthaginienſium, ſive Karthaginienſium hiſtoria, cuius edendae ſpem fecit p. 8 et 14; nec edita ſunt eiusdem Analecta ſive additamenta, quae pollicetur p. 135. 287 et alibi.

SECTIO II.

Scriptores de rebus Karthaginienſium ſpeciales.

Ariſtoteles. ARISTOTELES in libris πολιτικῶν ſ. de republica, et quidem L. II. cap. 9. L. IV. cap. 7. L. V. cap. 12, egregie ſuper civitatis Karthaginienſis ſtatu civili commentatus eſt, eiusque inſtituta ac in deterius mutatae interiores cauſſas rationesque expoſuit. Quocum conferri poſſunt PETRUS VICTORIUS in commentario ſuper libris illis Ariſtotelicis p. 164 ſqq. et IOACH. CAMERARIUS in Politica Ariſtotelis explicata p. 103 ſqq.

* * *

De *Hannone*, duce Karthaginienſium, eiusque periplo v. Bibl. hiſt. Vol. II. P. II. p. 314 ſqq.

Nepos. CORNELII NEPOTIS Hamilcar et Hannibal ſ. vitae horum imperatorum Karthaginienſium in *eiusdem* vitis excellentium imperatorum.

Appianus. APPIANUS, *Alexandrinus*, hiſtoriae Romanae Graece elaboratae, librum ſeptimum *Hannibalicam* inſcripſit, ſecutus potiſſimum Polybium.

* * *

Hyde. THOMAS HYDE ad itinera Abrahami Peritſol (in *eiusdem* Syntagmate diſſertationum a Greg. Shar-

Sharpio edito T. I. p. 49-54) doctiſſime diſſerit de nomine urbis Karthaginis atque originibus.

MICH. PINART *Diſſertation ſur le nom de Byrſa, donné à la Citadelle de Carthage baſtie par Didon*; in *Hiſt. de l'Acad. des Inſcr.* T. I. p. 150 ſqq. — Bocharti opinio, Byrſam idem eſſe, quod Hebraicum *Boſra* ſ. munimentum, corroboratur. Pinart.

LUDOV. CASP. VALCKENAER Diſſ. de Byrſa, Phoenicio arcis Karthaginenſium nomine; inter eius Specim. academ. (*Franequer.* 1737. 4.) p. 1 ſqq. Valckenaer.

* * *

IAC. ARRHENII (*Prof. hiſt. Upſalienſis* † 1725) Diſſ. de Hannibale, Poenorum duce. *Upſal.* 1707. 8. Arrhenius.

Eiusdem Diſſ. de excidio Karthaginis. *ibid.* 1712. 8.

DE MANDAJORS *du Camp d'Annibal ſur les bords du Rhoſne*; in *Hiſt. de l'Acad. des Inſcr.* T. III. p. 93-95. Polybius et Livius corriguntur. Mandajors.

Eiusd. *Remarques ſur les vies d'Annibal et de Scipion, que divers auteurs ont citées comme étant de Plutarque.* ibid. T. V. p. 192-198. — Auctor fuſe agit de errore Campani, quo vitas illas, a *Donato Acciaoli* compoſitas, Plutarcho tribuit, et quo factum, ut alii etiam easdem huic adſcripſerint.

Eiusd. *Nouvel examen de la route d'Annibal entre le Rhône et les Alpes.* ibid. T. V. p. 198-201. — Pertinet ad diſſertationem penultimo loco hic poſitam.

IOH. SARTORII Epanorthoſis Annibalis in publico fletu ridentis. *Gedani* 1708. 4. Sartorius.

* * *

* IOH. PAULLI REINHARDI *hiſtoriſche und politiſche Unterſuchung der Frage: Ob man die Zerſtöhrung* Reinhard.

ſtöhrung der Stadt Karthago anſehen könne als den Hauptgrund des nachmahligen Verderbens von Rom? in *Erlangiſchen gelehrten Anzeigen auf das Jahr* 1750. p. 221-224. Quaeſtio negatur, bellaque ſequentia atrocia reipublicae Romanae maxime funeſta fuiſſe contenditur.

✱ ✱ ✱

Freytag. FRID. GOTTHILF FREYTAG Progr. de Sufetibus Karthaginenſium. *Numburg.* 1738. fol.

Zeibich. GOTTLOB ERDMANN ZEIBICHII *A. L. M.* de Sufetibus, ſummo Poenorum magiſtratu, Diatribe. *Vitemberg.* 1744. 4. — De Sufetum nomine, munere et dignitate docte et ſubtiliter diſſeritur.

✱ ✱ ✱

Weinrich. IOH. MICH. WEINRICH *kurzer Verſuch, die alten Karthaginenſiſchen Münzen zu erklären.* Meinungen 1722. 4.

Mahudel. (NIC.) MAHUDEL *Lettre à Mr. le Baron de Schmettau, Ecuyer de ſa Majeſté Pruſſienne à Berlin, au ſujet d'une Medaille de la ville de Carthage l'Afriquaine, du Cabinet de ce Seigneur.* à Paris 1741. 8. Cum tab. aen. — Numus, qui explicatur, rariſſimus, cuſus eſt a Romanis, qui urbem Karthaginem inſtaurarunt. Inſtauratores hoſce repraeſentat, quos auctor Auguſtum et Antonium fuiſſe exiſtimat.

Richter. IOH. GOTTH. RICHTERI nova numi in colonia Karthagine Africana percuſſi, quem nuper illuſtrare conatus eſt cl. Mahudel, explicatio. *Lipſ.* 1742. 8 mai. — Numum capita Iulii Caeſaris et Auguſti exhibere, eumque circa A. V. C. 726 cuſum fuiſſe, auctor contendit. Inſcriptionem etiam aliter, quam Mahudel, legit et explicat.

Alias

quoque cauſſas, cur Veneris templum in
umo occurrat, affert.

✻ ✻ ✻

ORGII HENRICII MARTINI (*olim Recto-*
lae Annabergenſis, nunc Lipſienſis) Progr. III Martini.
lere primo, ſecundo, tertio et quarto Kar-
ienſium cum populo Romano. *Annaberg.*
1762. 4.

IRISTIAN. GOTTLIEB HEYNII Progr. II, Heyne.
ſ foedera Karthaginienſium cum Romanis
navigatione et mercatura facta illuſtrantur.
g. 1770. fol. — Praeclare illuſtrantur foe-
ta, de quibus Polybius ſatis fuſe refert, atque
itur, veteres populos noſtris iuribus et com-
mercatoriis, certe quoad maximam partem,
nbutos fuiſſe. Oſtenditur ſimul ſubtiliter
ac iucunde, quibus modis Karthaginienſes
i interitum paraverint.

Goetting. Anzeigen a. 1780. p. 971-977.

CAPVT

CAPVT XXVII.

SCRIPTORES DE REBUS AETHIOPICIS SIVE HABESSINICIS.

Aethiopum hiſtoria non petenda eſt ex HELIODORI *Aethiopicis*, qui liber continet fabulam, et vocatur ita ab theatro, quia pars iſtius fabulae in Aethiopia geſta eſt. Occurrunt quaedam ad Aethiopiae hiſtoriam pertinentia quidem, ſed pauca admodum, et errant, qui illam habent pro deſcriptione Aethiopiae. Nonnulla antiquae huius regni hiſtoriae cognoſci poſſunt ex HERODOTO, DIODORO SICULO, STRABONE, PHILOSTRATI *vita Apollonii* caet.

Potken. Primus recentiorum, qui narrationem de Aethiopia typis mandavit, eſt IOHANNES POTKENIUS, Praepoſitus eccleſiae Sancti Georgii Colonienſis, Romae cum Habeſſinis multum diuque verſatus. Is in praefatione Pſalterii ſui Aethiopici, Romae a. 1513 editi, tradit nonnulla de Abeſſinis, quae, quum abſona ſint atque inſulſa, nos ſilentio praeteriviſſemus, niſi poſtea ceu vera et indubitata in aliquot libros irrepſerint. Tanquam fontem igitur Potkenium notamus.

Matthaeus Armenius. Legatio magni Indorum *) Imperatoris, Preſbyteri Iohannis, ad Emanuelem, Luſitaniae regem, A. D. 1513; in qua de Indorum fide, cerimoniis, religione etc. per MATTHAEUM, *Armenium*, illius Legatum coram Emanuele rege pluribus agitur. Epiſtola eſt *Damiani a Goës*, Nobilis Luſitani, ad Iohannem Magnum, Archiepiſcopum Upſalienſem, tunc temporis Dantiſci exulem, Calend. Decemb. 1731 data, primum *Antverpiae*

a. 1532

*) Sic habet titulus: at in libello ipſo non *Indi*, ſed *Ebeſſini* paſſim vocantur.

ı excuſa; et denuo *Dordraci* recuſa a. 1618.
pita libelli ſunt: 1. Narratio itineris et ad-
Matthaei Legati, qui primo male habitus
Luſitanis, quia de veritate legationis illius
›ant; quod reticet Damianus. 2. Epiſtolae
ıe reginae ad Emanuelem, Luſitaniae regem.
plex Matthaei relatio: 1) Confeſſio fidei In-
, deque cerimoniarum et religionis cultu;
eorum patriarcha eiusque officio; 3) de
et ſtatu imperatoris Presbyteri Iohannis et
: curiae i. e. aulae. Plurima ambigue dicta
iloqua; multa etiam apertiſſime falſa com-
ur. Quomodo Matthaeus primo ab Albu-
io, Pro-Rege in India, deinde in Luſitania
us, rurſusque dimiſſus, etiam in Habeſſi-
evectus fuerit; quaeque a Luſitanis navar-
ɔ ſuſpectam legationem pertulerit, ex *I. P.*
i rerum Indicarum hiſtoria, aliisque vitae
ıelis regis ſcriptoribus fuſius cognoſci poſ-
— Hanc notitiam, ut multa alia huius
momenta, debemus *Iobo Ludolfo*, qui in
Commentarii, deinceps commemorandi,
et, qui ante illum de rebus Aethiopicis tra-
nt.

inceps idem GOESIUS libellum edidit *de fide,* Goës;
ue moribusque Aethiopum. Lovanii 1541. 8.
1541. 8. Et cum *Petri Martyris* de rebus
icis et novo orbe decadibus. *Colon.* 1574. 8.
ıo Aethiopes non amplius Indos vocat,
ɔens, hoc nomen illis, orbe tunc melius
o, non competere. Continet autem con-
ıem fidei, quam *Tzaga-Zaabus* in Luſitania
o anno poſtquam illuc, ab Abaſſino impe-
ad Ioannem regem miſſus, venerat, edidit,
ſo iudice, vaniſſimam pariter et abſurdiſſi-
multis etiam in locis interpretum vitio de-
prava-

pravatam. Ludolfus l. c. haec multis exem
probat.

Alvarez. FRANCISCI ALVAREZII *Verdadeira in
maçāo de Preſte João das Indias, em que ſe co
todos os ſitios das terras, e dos tratos; e commu
dellas, e do que paſſara na viagem de* D. Rodrig
Lima *que foi per mandado de* Pedro Lopez de
queira; *et aſſi das cartas e preſentes, que o P
Joāo mandou al Rey noſſo Senhor.* En Lisboa 1
fol. Liber rariſſimus, in varias translatus ling
in *Hiſpanam* a *Thoma de Padilla,* Antverp. 155
Aliam verſionem *Hiſpanam* elaboravit *Micha
Selves,* Toleti 1558. 8. (cf. *Nicol. Antonii* 1
Hiſpana nova T. I. p. 305). *Francogallice,*
Iohannis Leonis Africae deſcriptione, Francoga
reddita *Lugd.* 1556. fol. (Cf. Bibl. hiſt. Vol. II. 1
p. 319 ſq.). Poſtea hoc titulo, quo ſimul au
rium adiectum conſpici lubet: *Deſcription
l'Ethiopie, contenant vraye relation des terres et
du grand Roy et Empereur Prete-Jean, l'aſſiet
ſes royaumes et provinces, leur couſtumes, loix et
ligion. Avecq les pourtraicts de leurs temples, e
commencement le voyage* D'ANDRÉ CORSAL,
rentin. Eſcrite premierement en Eſpagnol (ſ. pc
en Portugais) par François Alvarez, *et tradui
François.* à Anvers 1558. 8. *Italice* e relati
Alvarezii manu ſcripta, in multis ab editione
maria et verſionibus aberrante, quam a Dami
a Goës accepit *Ioh. Bapt. Ramuſius,* et ſecun
quam, adhibita tamen editione primaria, ve
nem Italam ſ. potius epitomen confecit, inſer
eius *Raccolte delle navigationi* etc. T. I. Ex
verſione Itala, quam Ludolfus editionem *omi
optimam* vocat, orta eſt *Theotiſca,* quae in t
archetypum Luſitanicum mentitur, ita inſcri
*Wahrhafftiger Bericht von den Landen, auch g
li*

und weltlich Regiment des Mechtigen Königs iopien, den wir Prieſter Johann nennen, wie durch die Kron Portugal mit beſondern Vleis gt worden; beſchrieben durch Franciſcum *s, ſo deshalben ſechs Jahr lang an gedachts r Johanns Hoffe verharren müſſen. Aus der 'alliſchen und Italianiſchen Sprach in das e gebracht,* (a Ioachimo Heller) *und zuvorn Druck ausgangen.* 1566. fol. In fine legitur, hanc verſionem typis expreſſam fuiſſe. e ſunt ex Ramuſio tabulae geographicae et : ligno inciſae. Addita etiam eſt *Corſalii* de India orientali, quam prima vice edidit es Francogallicus, et Ramuſius collectionis lumini primo inſeruit. — *Franc. Alvarez,* is Luſitanus, acta legationis *Roderici Li*er ſexennium in Habeſſinia detenti, *) non narrat, verum etiam ipſum Habeſſiniae tum civilem tum eccleſiaſticum, ritusque cros tum profanos deſcribit, et lumen olim it hiſtoriae Aethiopiae. Tellezius, mox ndus, ſcribit, *Alvarezium* compoſuiſſe ſtilo et ſincero hiſtoriam Aethiopiae (ad quae udolfus notat, potius eſſe *hiſtoriam itineris ici cum legato Luſitanico ſuſcepti*, quam hi-), cui teſte P. *Emanuele d'Almeyda*, fides poſſit in omnibus, quae diceret ſe vidiſſe; nim hominem candoris priſci et veracem, hodierno tempore aliquid reperiri, quod ffirmationi e diametro repugnet: in iis , quae alii, praeſertim Habeſſini, retulerint, opus eſſe; iſtos enim res ſuas erga pere-in maius augere, et plus iuſto extollere. Ludol-

*) *varez* enim ipſe legati munere haud functus eſt, ut *ment* mox laudandus putat.

Ludolfus nihilo minus Alvarezium in nonnu
caſtigat. Idem e Ramuſio refert, Alvarezii op
de Aethiopia copioſius et in quinque libros di
ſum interiiſſe.

Cf. CLEMENT *Bibl. curieuſe* T. I. p. 233 ſq.
(BAUMGARTEN) *Nachrichten von einer Halliſc*
Bibl. T. VIII. p. 485-489.
Hamburg. Bibl. hiſt. Cent. X. p. 387 ſqq.

oh. de Caſtro. IOHANNIS DE CASTRO Sinus Arabici
maris rubri itinerarium, usque ad fines Aethiop
(a. 1540); in *Ant. Matthaei* veteris aevi anal
(*Hag. Com.* 1738. 4.) T. II. p. 215-248.

'itelman. FRANCISCUS TITELMAN Franciſcanus,
religione, moribus et cerimoniis Aethiopu
Latine cum libellis Damiani a Goës anno 15
editus eſt, ſed peculiare nihil habet. Ita Lud
ſus l. c. p. 13. Auctor mortuus eſt a. 1537.

ermudes. Anno 1565, teſte Ludolfo, prodiit in Luſita
libellus IOHANNIS BERMUDIS, qui, ex Aeth
pia redux, *Alexandriae et Aethiopiae Patriar*
a Papa Paulo III nominatus, in Abeſſiniam rev
ſus fuit. „De quo, inquit Ludolfus p. 6, id
iudicium tulere Patres Societatis (Ieſu) ac de Al
rezio; vera tantum eſſe ab illo ipſo viſa, ſecus
aliis relata. Libellum hunc Luſitanice nond
vidi. *Purchas*, Anglus, eum in itineribus
Anglice verſum habet. Ex quo apparet, hom
nem ſimpliciſſimum fuiſſe. — Alioquin le
non iniucundus eſt, quia ingenua ſimplicitate
tetur ea omnia, quaecunque a ſe et Luſitanis
in cauſſa religionis contra regem Claudium
portune et imprudenter admodum acta fuer
Nec myſterio caret, quod, dum ille in Aethio
eſſet Patriarchae titulo, alius Romae e Patri
Societatis *Nunnius Baretus* Patriarcha crearetu

F. HIERONYMUS ROMANUS AUGUSTIIANUS; in opere Hiſpanico, cui titulus: *Reſpublicas del mundo* i. e. *Imperia et reſp. Orbis*, P. III. l. 99 et ſqq. reperitur eius *Respublica Aethiopum*. Salamancae 1595. fol. Praeterea nihil de hoc ſcriptore Ludolfus (p. 14) comperire potuit; nec nobis quicquam de eo indagare licuit. Hieronymus Rom. Auguſt.

LUDOVICI DE AZEVEDO, Ieſuitae Luſitani, qui a. 1605 in Aethiopiam penetravit, narratio inſerta eſt annuis Ieſuitarum relationibus de a. 1606 et 1607, Ulyſſipone editis a. 1609. Azevedo.

IOAN DOS SANTOS *Ethiopia Oriental, e varia hiſtoria de couſas notaveis do Oriente.* Evora 1609. fol. *Francogallice* a *Cajetano Charpy*, Maſconenſi, Clerico regulari Theatino, *Pariſ.* 1684. a. — Auctor, ſocius ordinis Praedicatorum, Luſitanus, multos per annos miſſionarii munere in Africa, praecipue in Aethiopia, functus, admodum negligenter, nulla fere temporis ratione habita, narrat. Diſtributus eſt tractatus in libros tres admodum breves; ſinguli etiam in capita. Libro primo, praemiſſis generalibus quibusdam et vulgaribus, de rege quodam ſat multa affert, quae barbariem et malitiam ſummam gentis illius indicant. Leguntur in eodem quoque nonnulla ad hiſtoriam naturalem pertinentia, quae omnem fidem ſuperant. Libro II expeditiones quaedam Luſitanorum in Caffres, regionem Mocaranga, et in inſulam S. Laurentii ſ. Madagaſcar referuntur, annexis in fine quibusdam vulgaribus de elephantis. Libro III continuatur narratio belli cum Melindenſibus et vicinarum regionum et inſularum regulis. dos Santos.

Cf. Acta Erud. a. 1684. p. 526 ſq.

LUDOVICI URRETAE *Hiſtoria eccleſiaſtica, politica, natural y moral de los grandes y remotos* Urreta.

 Reynos

Reynos de la Etiopia, *Monarchia del Imperator llamado Preſte-Juan de las Indias.* Valentia 1610. 4. *Luſitanice* cum additionibus *Antonii Colazzi*, Eborae 1611. 4. — Auctor, Dominicanorum ordinis monachus Valentianus, Aethiopiam tanquam monarchiam quandam, omnibus numeris abſolutam, repraeſentat, ſimulque audacter mentitur, quod Aethiopia a ſede Romana nunquam defecerit. Cum vero non tantum claros ſcriptores imperitiae et falſitatis argueret, ſed etiam de Ieſuitis, immo de tota Luſitanorum natione admodum indigna traderet, ipſosque Pontifices Romanos et Luſitaniae reges oblique carperet, quaſi obreptitiis (Ieſuitarum) relationibus fidem habuiſſent, ideo neceſſe duxerunt Ieſuitae, impudentiae huius viri obviam ire. Etenim illo ipſo tempore, dum eorum *relationes ex India de annis* 1607 et 1608 Ulyſſipone ſub prelo fervebant, ſupervenit haec fabuloſa hiſtoria. Igitur *additionem* de rebus Aethiopicis ſubiungere neceſſe habuerunt, qua falſitas Urretae detegeretur. Reperitur L. V. *Relationum* modo dictarum, quae impreſſae fuerunt a. 1611. — Caeterum Urreta nugas ſuas b. *Mariae Virgini* dicavit.

Godignus. NICOLAI GODIGNI, *Societatis Ieſu* († 1616) de Abaſſinorum rebus, deque Aethiopiae Patriarchis, Ioanne Nunnio Barreto et Andrea Oviedo, libri tres — nunc primum in lucem emiſſi. *Lugd* 1615. 8. — Godignus, Luſitanus, pro conſe- vanda ſocietatis ſuae exiſtimatione et verit tuenda, Urretam conſulto refutandum ſuſcep Nomini tamen illius pepercit, et tantum *no* *auctorem* vocavit. At multo copioſior eſt in [illegible] repetendo, quam refellendo, quia fere integ capita ex eo deſcribit, eaque uno verbo va atque falſa eſſe dicit; mox vera, quatenus

epiſto

iſtolis Ieſuitarum, in primis *Antonii Fernandezii* *Lud. de Azevedo*, habere potuit, ſubiungit. Plera-
ıe illius narrata, Ludolfo affirmante, bene ſe
bent, niſi quod regna Aethiopiae male referat,
ıod tamen neque illius neque ſociorum culpa
꞉tum. Pauca alia emendatione opus habent,
ae ſcilicet Ieſuitae adventus ſui initio accurate
re non poterant. Ludolfus addit: „Etenim ex
nuis demum Patrum Societatis epiſtolis et rela-
ınibus certiora et veriora de rebus Habeſſino-
m cognovimus. Illae Luſitanice plerumque
riptae, raro in alias linguas verſae fuerunt; reli-
is autem Europae partibus tarde innotuere. Si
im a. 1674 in Gallia exſtitiſſent, impoſtura im-
obi illius TZAGA-CHRISTI facile detecta T.
ſſet; neque ſe tam turpiter dediſſet RECHAC LE Chri... a. Rechac.
UNE, auctor abſurdi libelli: *Les eſtranges evene-nts du voyage de Zaga-Chriſt, Prince d'Ethiopie*,
i craſſa mendacia orbi Chriſtiano obtruſit."
rum nomen pſeudonymi *Rechac* eſt IOANNES
S. MARIA, ex ordine Dominicanorum, mor-
ıs a. 1660.

ALONSO DE SANDOVAL (Ieſuitae Hiſpanici de Sandoval.
1652) *Naturaleza, policia, ſagrada y profan, y tos de todos Etiopes.* Sevilla 1627. 4. Laudatur
ısdem opus Hiſpanicum de inſtauranda Aethio-
ım ſalute; *Madriti* 1648. fol. (*Lengletus* T. XIV.
142 habet 1647); quod utrum novum ſit, an
tius nova ſuperioris editio, diſcernere nequi-
ıs. Poſterius nobis quidem veroſimilius vide-
r, quia Ludolfus, quem opus ſuperius latuit,
: p. 14 addit: *Continet naturalia, politica, eccle-ſica, mores, ritus et ſimilia.* „Generatim, pergit,
omnibus Aethiopibus agit, et ſic partim de Ha-
ſſinis noſtris. Auctor iſte annuas patrum So-
tatis epiſtolas vidit, ut et relationem illam

 amplam,

amplam, Ulyſſipone a. 1611 impreſſam, quam verbotenus operi ſuo inſeruit. Quo magis mirum, quod ridiculas Urretae nugas *de Doctoribus Iuris cum Bartolo et Baldo in Aethiopiam miſſis*, diſcernere non potuerit, easque tanquam rem veram referat. Quae capitibus ſequentibus de moribus Habeſſinorum tradit, ea mihi cum Aethiopum aliorum moribus pleraque videntur confuſa."

da Veiga. EMANUEL DA VEIGA ſ. DE VEGA, Ieſuita Luſitanus, Luſitanice ſcripſit: *Relatio generalis de ſtatu Chriſtianae religionis in Aethiopia, reductione Schiſmaticorum, et exceptione Patriarchae Romani, Alphonſi Mendezii, et obedientia a rege* (Sultan Segued) *ſummo Pontifici praeſtita.* Lisbonae 1628. 4. Continet res geſtas annorum 1624. 1625 et 1626. Huius relationis forte Francogallica verſio eſt liber, cuius epigraphen ſic expreſſam invenimus: *Hiſtoire de ce qui s'eſt paſſé au Royaume d'Ethiopie es années* 1624. 1625. 1626. à Paris 1629. 8.

de Almeida. EMANUELIS DE ALMEIDA, *Ieſuitae Luſitani* († 1646) Litterae annuae ex Aethiopia; italice. *Romae* 1629. 12.

Dulcebenius. LUDOVICUS DULCEBENIUS, Ieſuita Italus, Italice, ex Luſitano forte, reddidit *Litteras annuas Sinenſes et Aethiopicas annorum* 1622 *et* 1623. Romae 1632. 8.

Baratti. IACOBUS BARATTUS, Italus de quo Ludolfus p. 9. „non novi hominem, inquit, miles tamen fuiſſe videtur, bonarum artium rudis, bellicae rei ſtolide ſolers," a. 1685 iter ſuſcepit in Abeſſiniam, idque Italice, ut videtur, deſcripſit. Nec Ludolfus archetypi notitiam externam exhibet, nec Mazzuchelli in opere vaſto de ſcriptoribus Italicis huius Baratti meminit. Ludolfus vero commemorat p. 25 verſionem libri *Anglicam*, *Londini* a. 1670 in 8 impreſſam. *Theotiſce* quoque exſtat in *Aſiatiſchen*

:hen und Africaniſchen Denkwürdigkeiten (Norimb. 676. 4.) p. 406 - 480. Ludolfus hunc Italum :riptorem vocat fabuloſum, qui infamia Urretae ιinime territus, illius veſtigia gnaviter premere et omine itinerarii figmentis Habeſſinicis orbi lite- ιto denuo imponere auſus fuit.

IERONYMO LOBO (Ieſuitae Luſitani † 1678 ιno aet. 85) *Hiſtoria de Ethiopia.* En Coimbra 559. fol. Ludolfus huius ſcriptoris quidem me- ιinit, at ſolummodo ſecundum Thevenotii epi- ›men; nec interpreti Francogallico hoc archety- um notum fuiſſe videtur, quippe qui verſionem ιam ſecundum codicem manu ſcriptum a Comite uſitano *Ericeyra* elaboraſſe affirmat. Quae qui- :m hac ornata eſt inſcriptione: *Voyage hiſtorique Abiſſinie du R. P.* JEROME LOBO, *de la Compa- ιie de Jeſus: traduite du Portugais, continuée et ιgmentée de pluſieurs diſſertations, lettres et memoi- r, par M.* (IOACHIM) LE GRAND, *Prieur de ιuville-les-Dames et de Preveſſin.* à Paris et à la aye 1728. 4 mai. Cum tabula geographica a anvillio delineata. à Amſterd. 1728. II Voll. in ι mai. *Anglice*, Lond. 1735. 8. Epitome ex chetypo Luſitano exhibetur in *Thevenotii Rela- ιs de divers voyages* (1672). P. IV. — Auctor, ocurator miſſionis Aethiopicae, a. 1621 iter ſcepit, quod vero plane irritum evaſit; anno ſequenti iterum Abeſſiniam adiit, diuque ibi rſatus, curis multis moleſtiisque expoſitus, tan- candore obſervata a ſe narrat, ut facile ſibi lem lectorum conciliet. Horum itinerum hi- ιriam excipit *Grandii* continuatio relationis de beſſinia, usque ad 1705. Hanc ſequuntur diſſer- iones quindecim, Ludolfo oppoſitae, quarum ι genere examinat Ludolfi hiſtoriam Abeſſiniae; agit de Aethiopia et Abeſſinia; III de Nilo et

Lobo et Grand.

littore orientali Africae a Melinda usque ad fretum, vulgo dictum Babelmandel; IV de Presbytero Iohanne; V de regibus Abeſſiniae eorumque coronatione, titulis, reginis, filiis, et modo adminiſtrandi iuſtitiam; VI de mari rubro et navigatione claſſium Salomonis; VII de regina Sabae; VIII de circumciſione Abeſſiniorum; IX de converſione Abeſſiniorum; X de eorum erroribus circa doctrinam de incarnatione Ieſu Chriſti; XI de ſacramentis, quibus Abeſſinii utuntur, in primis de baptiſmo et confirmatione; XII de euchariſtia et poenitentia; XIII de extrema unctione, ordinatione clericorum, et matrimonio; XIV de invocatione Sanctorum, de miraculis, de precibus pro mortuis, item de ieiuniis, imaginibus et reliquiis; XV de hierarchia et regimine eccleſiaſtico apud Abeſſinios. His diſſertationibus ſubiiciuntur relationes et epiſtolae aliquot, partim legationem *Murati Ebn-Madelun*, partim parricidium in *Rulium* ab Aethiopibus commiſſum, ſpectantes. Agmen claudit *Breve* Urbani VIII Papae ad imperatorem *Seguedum* aliosque Aethiopiae proceres. Quae omnia nitide ſane et eleganter conſcripta ſunt, multaque curioſorum hominum, et quae de longinquo narrantur avidorum, palatum excitantia continent. Quod ſi vero de hiſtorica veritate quis magis ſollicitus ſit, quam de hiſtoriae ornamentis, is, vel Lupi vel Grandii narrationes usque quaque ſibi ſatisfacturas, nos quidem ſponſores non habebit. Zelus, quo uterque Societatis et Religionis ſuae gloriam promovere ſtudet, humanae fortaſſis naturae condonandus eſt, quae eiusmodi maculas parum cavit. Quis vero non miretur Grandii audaciam? Qui cum in praefatione huius libri, ſe linguam Abeſſiniorum ſtrenue ignorare confiteatur, nihilo tamen minus tot

diſſer-

tiones opponere non dubitavit peritiſſimo
o, quo Europaeorum neminem linguam
nagis calluiſſe, ipſo Grandio idem affir-
conſtat. Quapropter Ludolfum probe
t *la Croze* in *Hiſtoire du Chriſtianiſme*
pie p. 83 et 376. Multa tamen et Gran-
adit ex aliorum relationibus minime con-
ida.

cta Erud. a. 1729. p. 396 ſqq.
MGARTEN) *Nachrichten von einer Hall. Bibl.*
IV. p. 489 ſqq.

ſtoria geral de Ethiopia a alta, ou Preſte e do que nella obraram os padres da com- de Jeſus compoſta na meſma Ethiopia, pelo MANOEL D'ALMEYDA, *natural de Vizieu, cial e Viſitador que foy na India: abbreuiada a releyçam, e methodo, pelo Padre* BALTHE- ELLEZ, *natural de Lisboa, Provincial da la Luſitana, ambos da meſma companhia.* Em ra 1660. fol. (pagg. 738. excepto prooemio 8). Epitomen operis Francogallicam exhi- *evenotius* in collectione itinerariorum ſaepe ata P. IV. — Multa ex hoc opere longe io in ſuos converterunt uſus Ludolfus et zius, ille in conſcribenda hiſtoria Aethio- iic vero in componenda *Hiſtoire du Chriſtia- l'Ethiopie et d'Armenie.* Ipſe id fatetur Lu- in Prooemio hiſtoriae Aeth. §. 10 ſqq. ubi : „Cum paucis abhinc annis P. *Balthaſ. Tel-* Luſitaniae Provincialis, hiſtoriam Aethiopi- lorido et amoeno ſtylo Luſitanice compoſi- nactus eſſem, eamque e Patrum Societatis c documentis, et quidem ex P. *Eman. Almey-* ommentario in Aethiopia conſcripto, nec Latina Patriarchae Aethiopici, *Alfonſi Men-* hiſtoria manu ſcripta depromptam intellige- de Almeyda et Tellez.

 rem,

rem, et a P. *Hieronymo Lupo*, teſte iurato, c
probatam viderem, non dubitavi, operi pri
deſignato manum admovere; praeſertim c
animadverterem, omnia pulchre congruere
lis, quae *Gregorius Habeſſinus*, ex regno Aml
oppido Mecana - Selaçè oriundus, mihi pr
narraverat. Niſi quod Tellezius religionis Rc
nae ſodalitatisque ſuae cauſam paſſim agat, et
Patrum Societatis ubique defendat vel ext
nec non in enarrandis rerum geſtarum cauſi
que finibus illorum partes fortiter tueatur:
beſſinorum vero res acriter perſtringat, atqu
ſacris eorum acerbiſſime ſentiat, eo tamen
dore, eaque ſinceritate, ut non raro mores
namque gentis indolem commendet." C
eiusdem ad ſuam Hiſtoriam Aethiopicam, ant
editam, Commentarius p. 9 ſqq. ubi Tellezii
cata philologica, et hiſtorica, et defectus exp
Opus ipſum ſex libris abſolvitur. Primus c
bus XXXIX ſiſtit Aethiopiae ſtatum natura
civilem et eccleſiaſticum usque ad Luſitanc
adventum. Secundus narrat capitibus XLI
tionem Chriſtophori de Gama resque geſtas
triarcharum, Ioh. Bermudis, Ioh. Nunnii Ba
et Andreae de Oviedo. Liber tertius exponi
geſtas Petri Pays eiusque comitum, capi
XXXVII. Quartus capitibus XXXIX exhibet
Ieſuitarum ſequentium in Aethiopia usque ad
Patriarchae, Alphonſi Mendez, adventum. Q
tus capitibus XL exhibet Ieſuitarum impe
felix usque ad mortem imperatoris Segued. I
ſextus capitibus XLI tradit perſecutiones in I
tas eorumque diſcipulos, atque iſtorum con
in Aethiopiam revertendi.

Cf. BAUMGARTEN l. c. T. IV. p. 481 ſqq.
FREYTAGII Analecta p. 942 ſqq.

1

IOH. ULRICI WILDII Eccleſia Aethiopica Wild.
eviter adumbrata. *Argentinae* 1672. 8.

IOBI LUDOLFI Sciagraphia hiſtoriae Aethio- Ludolf.
cae, ſive regni Abeſſinorum, quod vulgo per-
ram Presbyteri Iohannis vocatur. *Ienae* 1676. 4.
uam auctor prodromum eſſe voluit maioris
eris a ſe edendi, quod paullo poſt inſecutum
it hoc titulo:

IOBI LUDOLFI, alias LEUT-HOLF dicti,
iſtoria Aethiopica, ſive brevis et ſuccincta de-
riptio regni Habeſſinorum, quod vulgo male
resbyteri Iohannis vocatur. In qua libris qua-
tor agit I de natura et indole regionis et incola-
m; II de regimine politico, regum ſucceſſione
c. III de ſtatu eccleſiaſtico, initio et progreſſu
ligionis Chriſtianae etc. IV de rebus privatis,
teratura, oeconomia etc. Cum tabula capitum
t indicibus neceſſariis. *Francof. ad Moen.* 1681.
l. Cum figg. aen. *Anglice* a *I. P. Gent.* Lond.
683. fol. cum figg. aen. Cum autem, inquit
udolfus in Commentario ſtatim recenſendo p. 47,
ulta in hac verſione obſervarem parum apte
dita, praefationem addidi, quam bibliopola
muel Smith Londinenſis imprimi curavit, mu-
o libri titulo, cum adiectione hac: *Secunda*
itio cum tabula geographica et praefatione e com-
ntario auctoris Latino deſumta. Lond. 1684. fol.
andum, quod Ludolfus, tum praeſens in
glia, ſcripſerit iſtam praefationem. Eodem
pore, pergit l. c. Ludolfus, *Des Jaunеaux*,
llus, poſtea Cameraci in Gymnaſio regio Ma-
ematum Profeſſor, hiſtoriam in compendium
egit hoc titulo: *Nouvelle hiſtoire d'Abiſſinie ou*
Ethiopie, tirée de l'Hiſtoire Latine de M. Ludolf.
aris 1684. 8. Sed ordine rerum mutato, et
iſſis iis, quae illius religioni favere non vide-
bantur

bantur (quod bonum Hiſtoricum minime fa
decet), me in praefatione incuſavit: *quaſi volu*
ex ritibus eccleſiae Aethiopicae ſequelas pro ſent
Lutheranorum deducere. Cum tamen tale quid
cere, et a ſententia mea et ab officio Hiſtorici
alieniſſimum, nec ille id ullo exemplo demonſ
re poſſit, etc. — *Belgice* a *Guilielmo Caleb*, A
ſterd. 1688. 4. Ipſe Ludolfus l. c. narrat,
nunciatum fuiſſe, quod eius hiſtoria Abeſſinic
linguam Slavo-Ruſſicam, et quidem iuſſu Tz
ſeu Autocratoris Ruſſorum, translata fuerit a
bus, quos nominat, interpretibus. Sed nos
de hac Ruſſica, nec de Theotiſca, quam *P*
Mullerus, Hamburgenſis, molitus fuiſſe dic
quidquam indagare potuimus. — Iſte igitur
dolfus, natus Erfordiae in Thuringia a. 16
poſt ſeptem annorum itinera per diverſa Euro
regna, a. 1652 Duci Gothano, Erneſto Pio
epiſtolis Ratisbonae factus, a. 1654 eius filio
inſtructor, poſtea conſiliarius aulicus, a. 167
rector redituum Altenburgenſis; a. 1677 mu
bus hisce ſe abdicavit vitamque privatam
Francofurti ad Moenum, honoratus titulo co
liarii intimi ducum Saxoniae; 1681 electori Pa
tino a reditibus factus, Francofurti tamen deg
Denique electoris Saxonici conſiliarius et leg
Francofurti. Ab a. 1690 etiam Praeſes coll
imperialis hiſtorici. Mortuus Francofurti a. 17
Vir multarum rerum et linguarum peritiſſimu
Praecipue tamen collocavit induſtriam in cu
ram Abeſſinicae et Amharicae linguae, cuius
rationem reddit in Praef. ad Grammaticam A
haricam his verbis: „De conſilio noſtro pa
le

*) Ludolfum XXV linguas calluiſſe, ipſe de ſe re
easque recenſet in tabula capitum Commentarii
Hiſt. Aethiop. fol. 30.

lectores monebimus, ne forte putent, nos ſolo novitatis ſtudio, aut famae captandae gratia, talia a functionibus noſtris publicis aliena, tractare. Cognitionem rerum et linguarum Aethiopicarum, tanquam talentum, benevolentia divina nobis peculiariter conceſſum, minime otioſum penes nos pati voluimus, ſed illud excolere, propagare atque impigre vulgare conati ſumus. Quandoquidem non nobis tantum, ſed multis prudentibus viris, qui ſtatum huius regni et incolarum ingenium penitius introſpexerunt, operae pretium viſum fuit, amicitiam atque commercia cum illis inſtituere. Etenim intereſſe putaverunt et reip. Chriſtianae, et rei litterariae, ut noſtras pacis bellique artes cum illis libere communicaremus. Plurimos enim circum circa barbaros atque gentiles habent, qui ad coetum fidelium adgregari poſſent, ſi arte typographica donarentur, qua libros, e libris doctrinam, et e doctrina viros pios atque doctos pararent, tanto operi ſuffecturos.“ A. 1649 Romam profectus, familiaritatem cum Habeſſinis ibi habitantibus contraxit, in primis cum *Gregorio* Abbate, atque frequentiore eorum uſu Aethiopice loqui didicit; nam legere linguam iſtam et interpretari ipſe iam potuerat. Erat autem *Gregorius* rerum patriarum maxime gnarus; quippe qui aulam regis primo ſolus, deinde ut Patriarchae, Alphonſi Mendez, domeſticus fuerat ſecutus; regiam quoque familiam, proceres omnes, resque ſua aetate geſtas probe habebat perceptas; ad haec iucundus, nec inficetus, praebens ſe omnibus comem affabilemque, nihilque celabat Ludolfum noſtrum, quae aut quaeſita aut ſcitu digna erant, ab ipſo invicem de ſtatu Europae, et Germaniae praeſertim, plura edoctus. Gregorius poſtea unius Ludolfi in gratiam in Germaniam profectus, Gotham

Gotham pervenit, bona cum venia ac ſumti
Ducis Erneſti Pii, qui, cum Ludolfus de Gre
rio, in Germaniam venturo, verba faceret, cu
dus fiebat cognoſcendi ex eo certiora de re
Habeſſinorum. Ludolfus bona hac occaſi
uſus, non ſolum Lexicon et Grammaticam A
haricam compoſuit, quae deinceps etiam luc
publicam adſpexerunt; ſed etiam diligenter n
vit, quae Gregorius de patria et gente ſua tr
derat. Quae poſtea contulit cum relationibus
ſuitarum annuis, potiſſimum Tellezii opere m
memorato; talique ratione opus perfectum.
quo nunc amplius dicendum. Abſolvitur i
libris quatuor. Primo deſcribitur ſitus regni
coeli illud ambientis ſolique genius, provinc
altiſſimi montes, flumina, metalla, varii et
generis animalia, ac plantae. Inter flumina Ni
eminet, de cuius fontibus, curſu item, et duo
alveis, quorum ſiniſtrum Nigrin fluvium eſſe
comperto habet, curate agit; ac num diverti
Habeſſinis Nilus, ne in Aegyptum fluat, ſed
mare rubrum exoneretur, poſſit, quod mu
creditum Tellezius negaverat, non perfuncto
diſquirit. Libro ſecundo regum Aethiopiae hi
riam, formam regiminis, ius ac poteſtatem re
circa ſacra et profana, regni ordines, aulam re
rem bellicam, ac caetera, quae civilem ſtat
ſpectant, proſequitur. Liber tertius res eccle
ſticas Habeſſinorum complectitur; ubi inter
ſermo de incrementis Chriſtianiſmi, de libris ſa
Habeſſinorum, de ritibus et cerimoniis eccle
Aethiopicae hodiernis, de conſtitutione et for
regiminis eccleſiaſtici, de fatis religionis Roma
Catholicae in terris iſtis, caet. Quartus liber
bus Habeſſinorum privatis deſcribendis occu
tur, eo brevior, quo magis et res litteraria,

co

commercia atque opificia ſunt apud Habeſſinos tenuia. Tabula chorographica Habeſſiniae duplex et figurae aliae aeri inciſae, quas auctor poſt praefationem enumerat, deſunt exemplo operis, quo nos utimur.

Eiusdem Epiſtola, Aethiopice ad univerſam Habeſſinorum gentem ſcripta, et edita typis a. 1683 in folio minore. Suis Ludolfus ſumtibus hanc epiſtolam curavit imprimi, quo plura exempla per diverſas naves in Habeſſiniam mitti poſſent, eamque commendavit praeſens Societati Indicae mercatorum in Anglia et Belgio: ab hac vero tranſmiſſam eam fuiſſe in Indiam et Habeſſiniam, edoctus fuit a. 1685 reſponſione accepta ex India.

Eiusdem Specimen Commentarii in Hiſtoriam Aethiopicam. 1687. In hoc docuit L. eruditos ſummam totius commentarii, tum quidem perducti ad finem, et poſtea editi hac epigraphe:

IOBI LUDOLFI, alias LEUTHOLF dicti, ad ſuam hiſtoriam Aethiopicam antehac editam Commentarius, in quo multa breviter dicta fuſius narrantur: contraria refelluntur: atque hac occaſione praeter res Aethiopicas multa autorum, quaedam etiam S. Scripturae loca declarantur: aliaque plurima geographica, hiſtorica et critica, in primis vero antiquitatem eccleſiaſticam illuſtrantia, alibi haud facile obvia, exponuntur; ut variarum obſervationum loco haberi poſſit. Cum tabula capitum, figuris, et variis indicibus locupletiſſimis. *Francof. ad Moen.* 1691. fol. — Splendidum hoc opus eſt et exquiſita eruditione refertiſſimum, usque adeo quidem, ut vere praeſtet, quod titulus promittit. In praefatione auctor conſilii ſui rationem exponit, et refutationem contrariorum ad veritatem ſtabiliendam neceſſariam eſſe aſſerit. Acta et documenta ſeparatim ſe tradere

tradere voluiſſe, ne lectorem in lectione hiſto
morarentur, monet. Tradita a veteribus, et
buloſa nonnullis viſa, declarare et conciliare a
titur. Verſiones peregrinarum linguarum ad
bum reddit. In prooemio recenſet ſcriptores,
ante eum de rebus Habeſſinicis commentati ſ
Commentarium ad librum primum orditur a
ptione et derivatione vocabuli Habeſſini ex A
bica lingua. Porro exponit latitudinem et an
guitatem nominis Aethiopum, copioſeque de t
pore transfretationis Habeſſinorum ex Arabi
Aethiopiam diſputat. Agit quoque diſtincte
Sabaeis ſeu Homeritis, Axumitis et Nubaeis,
rumque homonymis Pygmaeis, quos olim ho
que exſtitiſſe, multis tam veterum quam recent
teſtimoniis probare conatur. Porro quoniam
beſſini ſaeculo XV vulgo Indi vocati ſunt, de
tiſſima vocabuli huius tam apud ſcriptores pr
nos, quam eccleſiaſticos, ſignificatione agit.
haec Geographorum errores in Habeſſinia
ſignanda indicat; etymologiam veram maris
bri, et latitudinem variamque eius ſignificatio
exponit. Mendas numerorum in ſacris nonn
quam obvias, in profanis vero ſcriptoribus
quentiſſimas eſſe ſtatuit et exemplis confirn
Regna Habaſſiae ex Godigno cum epicriſi
enumerat; inſulam Meroën apud veteres celel
tam, neque regnum Gojam, neque hodie amp
inſulam eſſe putat; immo nec de nomine
hodierno inter geographos convenire mo
Novum modum Alphabeti univerſalis propo
quo litterae Latinae ita accommodantur, ut
omnes nationes exotica vocabula, peregrinos
terarum valores ſeu ſonos habentia, ratione
quali ſcribere poſſint. Hinc adverſus philo
phos quosdam in arenam deſcendit, ut zon

lam, quamvis aeſtus alicubi prope intolera-
ſit, habitabilem tamen, et nonnullis in locis
e ac Europam temperatam eſſe, demonſtret;
:iamquè illorum perſtringit, qui de coeli ſide-
ue natura ita diſſerunt, quaſi in aethere diu
eciſſent, ut Seneca loquitur. Multa prae-
congerit notatu digna de nive pluviisque ſub
torrida, de perioecis eandem aeſtatem hie-
que ubique terrarum non habentibus, de
ris fucis, horribilibus ventis, montibus et ru-
s inacceſſis, de multo auro, metallis et ſale
i Aethiopiae, de Cohol ſeu ſtibio, oculorum
icamento et apud Orientales ornatu. De Nilo
e uberius, quam in hiſtoria diſſeritur. Terrae
entus, animalia, incolae, eorum mores,
a etc. curate deſcribuntur. De Cingarorum
ner) lingua, quam Ludolfus etiam calluit,
ıullae obſervationes ſubiunguntur. *Secundum*
m L. inchoat cum itinere Hannonis, Poeni,
Luſitani occaſionem ceperunt, navigatio-
circum Africam in Indiam tentandi. Verum
yterum Iohannem in Aſia ſeptentrionali in
Tenduc (*Tibet*) olim regnaſſe aſſerit, eius-
verum nomen fuiſſe *Preſter-Chan*, i. e. *Ado-*
m ſ. *Chriſtianorum Princeps*. Hinc varias et
mque vanas, partim etiam ridiculas regis
eſſini appellationes, quae per Europam ſparſae
, recenſet, verasque adiicit, et fictos catalo-
tum Habeſſinorum, tum aliorum regum ex-
t. Diſtinctionem inter Aethiopes orientales
ccidentales, apud veteres crebro occurrentem,
rminos maris rubri ab iisdem latius extenſos,
cura explanat. Confeſſionem Claudii, regis
hiopiae, integram brevibus annotationibus
tratam inſerit, cum hiſtoria impoſtoris Zaga-
iſti et cum epiſtola Af-Saphedi, regis Habeſſi-

 norum

norum ad gubernatorem ſocietatis Indiae orien talis. Poſtea iura quaedam regum Aethiopia illuſtrat, inter quae primum locum occupat iuris dictio eccleſiaſtica, quam illi ita ſibi vindicant, u ob eius denegationem a Ieſuitis potiſſimum alie nati fuerint; nec ſpernenda ſunt, quae collegit d miſero ſubditorum in plerisque Aſiae Africaequ regnis ſtatu, qui nulla bonorum proprietate gau deant etc. Hinc varia proponit conſilia, qu pacto vicini Habeſſinorum hoſtes, Gallaei et Tur cae, domari et expelli queant, additis egregiis ob ſervationibus de aequiſſimo tributi genere ex pro ventibus regionum naturalibus; de Axuma, ve teri Habeſſinorum regia, nunc deſolata; de peri culoſa potentia caſtrenſium; de crudeliſſimo Ha beſſinorum adverſus Adelenſes bello, ad quo conficiendum a Luſitanis auxilia acceperunt; d legationibus Habeſſinorum in Europam; de iud ciis et poenis, quibus nobiles et ignobiles ſubi ciuntur etc. Libro *tertio* auctor res eccleſiaſtica complectitur, non ſolum Habeſſinorum, ſed alio rum quoque Chriſtianorum, praeſertim primit vae eccleſiae. Omnia magna diligentia perſequ tur, et monimentis neceſſariis, epiſtolisque tractatibus, a Ieſuitis eorumque inimicis, nec no ab ipſis Aethiopiae regibus ſcriptis, confirmat, u nihil ab eo eiusque auctoribus, Tellezio et Gre gorio, fictum eſſe, luculenter appareat. Com mentarius ad *quartum* librum, qui res privatas e oeconomicas continet, paucis abſolvitur. Inſun obſervationes de re litteraria, de litterarum Ae thiopicarum cum Samaritanis convenientia, Graecarum ex Phoeniciis derivatione; de imperi tia Habeſſinorum in arte grammatica, pictoria e muſica. Reliqua ſegmenta artes populares e opificia tradunt, in primis modum molendi apu

Aethio

Deſcription of Eaſt-Florida; with a Jour- Bartram.
t by JOHN BARTRAM *of Philadelphia etc.*
Journey from St. Auguſtine up the River St.
r far as the Lakes, with explanating botani-
. London .... ibid..... Editio tertia,
ae botanicae adiectae, ibid. 1769. 4 mai.
bus tabb. geogr. — *Storkius* ipſe Flori-
lentalem vidit, ideoque tanquam teſtis
de indole, bonitate ac fertilitate huius
loquitur. *Bartramus*, botanicus Phila-
degens, adiecit indicem plantarum in
orientali naſcentium, atque deſcriptionem
a ſe annis 1765 et 1766 per eandem re-
, potiſſimum hiſtoriae naturalis promo-
cauſſa, ſuſcepti.

tting. gel. Anzeig. a. 1770. *Zugabe* p. 385 ſqq.

CAPVT

CAPVT XLII.

SCRIPTORES DE REBUS CALI-FORNIAE.

In collectione itinerariorum Hakluytiana, Vol. exſtant ſcriptores de California ſequentes:

de Ulloa. FRANCISCI DE ULLOA *Voyage to Califor-* 1539.

Alarcon. FERDINANDI ALARCON *Voyage to Cali-nia*, 1540.

Extract etc. *Extract touching the Diſcovery of the Island of California*, 1597.

* * *

Narratio etc. Narratio de Hiſpanorum ex Mexico na-tione in Californiam, a. 1683 facta; in *Vo-de l'Empereur de la Chine dans la Tartarie* (à 1685. 12), de quo libro nos Vol. II. P. II. p. retulimus. Narrationis ſumma haec eſt. Pro Mexici, Marchio Laguna, *Iſidorum Atondum*, fectum claſſis, cum duabus navibus bellicis Ianuarii a. 1683 ex portu novae Galliciae, laca, dimiſit. Is poſt moleſtam ſatis navigatio portum, quem *Dominae noſtrae de pace* voc d. 30 Martii tenuit, cuius latitudinem varie ditam *Franc. Kino*, Ieſuita, qui claſſe iſta vehi tur, 24 grad. 45 minut. deprehendit. Dubi tamen fuit, an portus iſte idem eſſet, quem hac ita nominaverant Hiſpani, quia accolae plane lingua utebantur, quam qua olim uſi ſent, nullamque amicitiae demonſtrationem bant; alios etiam, quos poſtea videbant, re omnium Europaeorum ignari erant, quia forniae regiones, in quas Hiſpani antea nunq penetraverant, inhabitabant. Inſula haec re ne California vocatur, eiusque longitudo 1 m

liarium a meridie verſus ſeptentrionem, ſive a montorio S. Lucae ad Mendozinum, latitudo ›, ab hoc promontorio ad portum Franc. Draci, hibetur. Memoratu haud indignum videtur, od Ieſuitae, huius narrationis auctores, terram California frugum omnis generis capacem vo- erint, atque affirmaverint, paſcua eſſe egregia, ntesque arboribus conſitos eſſe; quippe quod Ieſuitae tempore recentiore negarunt.

IOH. ADOLPHI HARTMANNI Diſſ. geogra- ca de vero Californiae ſitu et conditione. *Mar- gi* 1739. 4. — Auctor, Monaſterii natus, lini Ieſuitarum ſe addixerat; poſtea vero reli- nem Evangelicam amplexus atque Profeſſor toriae et eloquentiae conſtitutus eſt Marburgi, t a. 1744 diem ſupremum obiit. Diſſertationem um nullo modo nanciſci potuimus. Hartmann.

(ANDREAE MARCI BURRIEL, Ieſuitae, † 61) *Notitia de la California, y de ſu conquiſta tem- ral y eſpiritual haſta el tiempo preſente; ſacada de Hiſtoria manuſcrita, formada en Mexico anno de* 39 *por el Padre* MIGUEL VENEGAS, *de la Com- de Jeſus; y de otras Noticias, y Relaciones an- uas, y modernas, anadida de algunos mapas par- ulares, y uno general de la America ſeptentrional.— rmados ſobre las Memorias mas recientes, y exactas, ſe publicam juntamente. Dedicada al Key por la incia de Nueva Eſpaña, de la Compan. de Jeſus.* Madrid 1757. III Voll. in 4. *Anglice*, hoc titu- : *Natural and civil Hiſtory of California* etc. nd. 1759. II Voll. in 8. Cum tabb. geogr. Ex c verſione manca et vitioſa turbidius mana- nt: 1) *Belgica* verſio, Harlemi 1761. III Voll. 4. 2) *Francogallica* ab *Eidous*, Pariſ. 1767. III ll. in 8. 3) *Theotiſca* a *Ioh. Chriſtoph. Adelung*, ngov. 1769- 1770. III Voll. in 4. Cum una Burriel et Venegas.

tabula

tabula geographica. — Burrielus maximam o-
ris partem, ut vel titulus innuit, hauſit e Mi-
chaelis Venegas chartis manu ſcriptis, adhi-
tamen ſimul aliorum Ieſuitarum de Californ
lationibus. Maiore iure librum nominav
hiſtoriam rerum ab Ieſuitis in California ge
rum, eo potiſſimum fine conſcriptam, ut a
reat, quanta ſint Ieſuitarum merita, in religi
Chriſtiana rebusque Hiſpanorum ibi promov
dis. De hiſtoria naturali perpauca tradu
Tabula geographica docet, Californiam e
peninſulam. Maximam terrae partem ſteri
minimam fertilem eſſe contenditur. Diverſi
puli ibi vivunt, quorum linguae ac mores b
ter deſcribuntur. Sequitur hiſtoria exped
num, ab Hiſpanis in peninſulam ſuſceptarum,
ſatorum, ab iisdem ſubeundorum. Ieſuita
res geſtae exponuntur copioſe: num vere ſ
per, dubitatur. Sunt adeo, qui dicant, has
lationes plenas eſſe mendaciorum ac fallacia
Additae ſunt appendices quinque, utiliores
opere ipſo. Prima nimirum ſiſtit GOMARAE b
vem deſcriptionem littorum Californiae; ſec
da, diarium itineris, a. 1602 ſuſcepti, littoris o
cidentalis perveſtigandi gratia; tertia diarium i
neris, a. 1746 ad perluſtrandum littus orient
inſtituti; quarta, ROGERII deſcriptionem C
forniae; quinta, excerpta ex ANSONII itine
rio, Californiam ſpectantia.

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1760. p. 874-880. a. 17
Zugabe p. 360.
Allgem. teut. Bibl. T. XIII. p. 562 ſqq. T. XIX
614 ſq.
GATTERERI *hiſtor. Bibl.* T. XII. p. 62-67.
MEUSELII *Betracht. über die neueſten hiſt. Schrif*
T. I. p. 326 ſqq. T. II. p. 326 ſq.

CHA

CHAPPE D'AUTEROCHE, *de l'Académie royale des Sciences .. Paris* († 1769 in California) *Voyage en Californie pour l'obſervation du paſſage de Venus ſur le diſque du Soleil le 3 Juin* 1769. *Contenant les obſervations de ce phénoméne, et la deſcription hiſtorique de la route de l'auteur à travers le Mexique. Rédigé et publié par M.* DE CASSINI, *fils.* à Paris 1772. 4. Cum IV tabb. aen. Epitome *Theotiſca*, miſſis obſervationibus aſtronomicis, in Collectione itiner. Hamburgenſi (1781) T. II. p. 449-509. — Titulus quidem innuit iter in Californiam; ſed auctor, mox poſt adventum in hanc peninſulam mortuus, perpauca de ea narrat, plura de regno et urbe Mexico, ubi diutius haeſerat. Caſſinius, operis editor, omnia fere, quae refert, accepit a comitibus Chappii, PAULLY, Geometra, et NOËL, pictore. Addita eſt ichnographia urbis Mexico. Sequuntur excerpta ex epiſtola, ſcripta ab JOSEPHO ANTONIO DE ALZATE ET RAMIREZ, de memorabilibus hiſtoriae naturalis circa eandem urbem, cum duabus tabulis aeneis. Altera operis pars, obſervationes aſtronomicas continens, nihil ad nos. Chappe d' Auteroche.

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1773. p. 171-174.
BÜSCHINGII *wöchentl. Nachr.* a. 1773. p. 45 ſqq.

Nachrichten von der Americaniſchen Halbinſel Californien, mit einem zweyfachen Anhange falſcher Nachrichten. Geſchrieben von (IACOB BAEGERT*), *einem Prieſter der Geſellſchaft Jeſu, welcher lange darinn dieſe letztern Jahre gelebt hat.* Mannheim 1773. 8. Cum tabula geogr. Epitomae exſtant in *Berliniſchen Sammlungen* etc. (1774) T. VI. p. 397 ſqq. et in *Berlin. Litterariſchen Wochenblatt* (1777) T. II. p. 625 Baegert.

*) Non ſatis accurate ab aliis *Begert* ſcribitur.

p. 625 ſqq. — Auctor, Ieſuita, Seleſtadii ad R num ſuperiorem natus, inde ab a. 1751 usque a. 1768 in California commoratus, poſt ord ſui exſtinctionem Neoburgi ad Danubium a. 1 mortuus eſt. Invehitur maxime in Burrielii c modo recenſitum, negatque, Californiam eſſe tilem, id quod aeque verum eſſe poteſt, ac rielii aut Venegae aſſerta. Pars nempe meri nalis peninſulae, quam Baegertus viſit, ut eget multis naturae dotibus: ſeptentrionalis tra iis abundat. Caeterum relatio huius Ieſu licet paſſim inepta ac puerilia ſiſtat, candor ſimplicitate nativa ſe commendat, fideque d haud pauca continere videtur; praecipue de colarum plane incultorum et egenorum mori lingua etc.

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1772. p. 1255. *Allgem. teutſche Bibl. Anhang zu dem 13 bis 24* P. III. p. 1312 ſqq.

Maurelle. *Tagebuch einer, im Jahr* 1775 *zu Unterſuch der nordlich von Californien fortgeſetzten Küſten ſchehenen Reiſe; durch den zweyten Steuermann königlich Spaniſchen Flotte,* Don FRANCISCO TONIO MAURELLE, *in dem königlichen Galiot nara, geführt durch Don Juan Franciſco de la dega;* in (Pallaſii) *Neuen Nordiſchen Beytr* (1782) T. III. p. 198-273. — Multa nov hoc diario exhibentur. Diſcimus potiſſimum eo, qualis ſit ratio, ſitus ac magnitudo lit occidentalis Americae, inde a peninſula Cali nia verſus ſeptentrionem. Id quod tabella g graphica adiecta generali illuſtratur: novem ſpeciales, a Maurellio delineatae, non perver in manus Pallaſii, qui Magellani verſionem glicam diarii illius Hiſpanice manu ſcripti ex glia acceperat, eandemque Theotiſce reddi

maioris haec omnia aeſtimanda, quo ſecre-
ı talia ab Hiſpanis ſerventur. Inſunt etiam
ı de incolarum moribus. Interpres Anglus
fationem lectu dignam praefixit. Cf. eius-
operis (*Neue Nordiſche Beyträge*) T. I. p.
ſqq.

ENNONIS FRANCISCI DUCRUE, *Provin-
Mexicanae per viginti annos Miſſionarii* (nati
achii a. 1721, denati ibidem a 1779) Rela-
cpulſionis Societatis Ieſu ex Proxincia Mexi-
, et maxime e California A. 1767, cum aliis
dignis notitiis; in *Chriſtophori Gottl. de Murr
nal* (1784) T. XII. p. 217-267. — Capiti-
XIV. maxime quidem fata Ieſuitarum in Cali-
a enarrantur: inſunt tamen etiam varia, in-
n eiusdem peninſulae illuſtrantia; cuius ſte-
:em etiam hic Ieſuita teſtatur. Californii, in-
ante adventum Patrum non niſi venatione
orum et leporum, aut captura piſcium, aut
ſtri fructu ſe ſuſtentabant, quin etiamnum
s et talpas ac alia ſimilia animalia inter ſuas
ias numerant, vermes etiam, qui pluviarum
ore naſcuntur, et locuſtas velut ſapidiſſi-
dapes ſolliciti accumulant, et igne aſſas co-
ınt. Eſt enim California ſua natura terra
ım, exceptis paucis, iisque ſylveſtribus,
ino ſterilis, ubi etiam neque ovem, neque
m, nec aſinum aut equum, neque triticum
ıoverunt unquam, aut probarunt, neque
ı veſtitu ullo uſi ſunt: praeterea in potiſſi-
Miſſionibus nec terram labori idoneam, nec
:ientem aquam invenire erat. At vicit haec
ia Patrum conſtantia et continuus labor,
tandem id conſecuti ſunt, ut Indi alias quie-
upidi, colendis aliquibus fruſtis terrae ſe ap-
ırent, unde ſuſtentari poterant etc. Mur-

Ducrue.

rius notulas adſperſit. Idem p. 241. laudat librum Hiſpanum, alias nobis incognitum, ſic inſcriptum:

> *Noticia breve de la Expedicion militar de Sonora y Cinaleo, ſu exito feliz y ventajoſo eſtado, en que por conſequencia de ello ſe han pueſto ambas Provincias.* En Mexico 1771. 8.

Idem l. c. p. 268-274. exhibuit ſpecimina linguae Californicae, ab eodem *Franciſco Benno Ducrue* ſibi communicata.

CAPVT

CAPVT XLIII.
SCRIPTORES DE REBUS LUISIANAE.

LUDOVICI HENNEPINI libri, in quibus prima Luiſianae indagatio a *Roberto Sallio*, aliisque Gallis, peracta deſcribitur, ſupra Cap. XXXVI. in fine recenſuimus. Iungi iis poteſt ſequens liber: Hennep

Les Derniéres Découvertes dans l'Amérique ſeptentrionale (f. potius in Luiſiana) *de M. Cavalier de la Sale, et les aventures du Chevalier Tonti, Gentilhomme Italien, Compagnon de M. de la Sale, dépuis* 1678 *juſqu' en* 1690; *rédigées et miſes au jour par le Sieur* TONTI. à Paris 1697. 12. Et in *Recueil de Voyages au Nord* T. V. p. 35-195. Tonti negaſſe dicitur, ſe eſſe libelli auctorem. Tonti.

Eodem quodam modo ſpectat *Journal hiſtorique du dernier Voyage que feu M. de la Sale fit dans le Golfe du Mexique* etc. (à Paris 1713. 12.) paullo ante Cap. XL. commemoratus. Joutel et Michel.

Relation de la Louiſiane par un Officier de Marine; in *Recueil de Voyages au Nord* T. V. p. 1-34. Relation etc.

LE PETIT *Relation des Natchez, peuple de la Louiſiane;* ibid. T. IX. p. 1-79. le Petit.

Beſchreibung des am Miſſiſſippi gelegenen Landes Louiſiana, Leipzig 1720. 8. Beſchreibung etc

Voyage de la Louiſiane, fait par Ordre du Roi en 1720; *dans lequel ſont traités diverſes matiéres de Phyſique, Aſtronomie, Geographie et Marine. L'on y a joint les Obſervations ſur la réfraction faites à Marſeille; avec des Reflexions ſur ces Obſervations; divers Voyages faits pour la correction de la Carte de la Côte de Provence, et des Reflexions ſur quelques points du Syſtéme de M. Newton. Par le P.* LAVAL, *de la Compagnie de Jeſus, Profeſſeur Royal de Mathe-* Laval.

thematiques et Maitre d'Hydrographie des Officiers et Gardes de la Marine du Port de Toulon. à Paris 1728 4. — Vel inſcriptio operis docet, maximam eius partem occupari obſervationibus mathematicis, phyſicis, aſtronomicis et geographicis. Poſteriores, iisque adiunctae duae tabulae geographicae accuratae, mentionem eius hoc loco poſtulant.

Dumont. (GEORGII MARIAE BUTEL) DUMONT *Mémoires hiſtoriques ſur la Louiſiane, contenant ce qui y eſt arrivé de plus mémorable dépuis l'année 1687 jusqu' à préſent, avec l'établiſſement de la Colonie Françoiſe dans cette Province de l'Amérique ſeptentrionale ſous la Direction de la Compagnie des Indes; le Climat, la nature et les productions de ce Pays; l'origine et la Religion des Sauvages qui l'habitent, leurs moeurs et leurs coûtumes etc. Compoſées ſur les Mémoires de M.* Dumont, *par* M. L. L. M. *) *Ouvrage enrichi de Cartes et de Figures.* à Paris 1753. II Voll. in 12 mai. — Dumontius, rei olim militari deditus, qui per XXV annos circa littora fluvii Miſſiſſipi vixerat, cuiusque hiſtoriam coloniarum Anglo-Americanarum ſupra laudavimus, obſervationes ſuas tradidit Maſcrierio, eo fine, ut eas in ordinem redigeret ſtilumque illis commodaret. Candor in narrando animusque ab exaggerando alienus ubique paene elucet. Optime ampliſſimeque exponitur indoles fluminis modo dicti: nec deſunt tamen obſervationes melioris notae ſuper ſolo et aëre et terrae proventibus.

*) i. e. JEAN BAPTIST LE MASCRIER, qui eadem ratione ſe inſignivit in fronte libri ſuper antiqua et nova Aegypto, ſupra Vol. II. P. II. p. 353. recenſiti. Hinc in errorem inductus *Stukius*, in *Verzeichniſs von Reiſebeſchreibungen* p. 193. et p. 407. ex uno libro duos fecit.

ventibus regionis iſtius. Auctor libri ſequentis, qui fragmenta nonnulla operis ſui in ephemeridibus oeconomicis ante integram editionem iſtius vulgaverat, paſſim confutatur. Et haec quidem parte priore: poſteriore exhibetur hiſtoria coloniae Francogallicae in terris iſtis conditae.

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1755. p. 162-166.

LE PAGE DU PRATZ *Hiſtoire de la Louiſiane, contenant la Découverte de ce pays; ſa Deſcription géographique; un Voyage dans les terres, l'hiſtoire naturelle, les moeurs, et la religion des Naturels, avec leurs origines; deux Voyages dans le Nord du Nouveau Mexique, dont un eſt juſqu' à la Mer du Sud.* à Paris 1758. III Voll. in 12 mai. Cum figg. aeneis. Antea fragmenta operis inſerta erant ephemeridibus, quibus titulus: *Journal oeconomique.* — Auctor inde ab a. 1718 usque ad a. 1734 in Luiſiana vixerat, modo terram colens, modo architectus. Ordine fere carent eius obſervata; credulus hinc inde videtur; inſunt tamen multa notatu ac memoratu digna, praeſertim de indigenarum indole ac moribus, nec minus de regionis aëre et ſitu. Conferenda tamen paſſim, quae Dumont in libro modo laudato contra monuit. Tabula geographica addita haud contemnenda videtur. Peſſimae vero ſunt icones plantarum omniumque rerum naturalium: haud prorſus tamen reiiciendae videntur earundem deſcriptiones, licet arte ac penitiore hiſtoriae naturalis intelligentia careant. Le Page Pratz.

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1759. p. 739-743. 795-798. 812 ſq.

Boſſu. Equitis BOSSU itinera, ſupra Cap. XXXVIII. commemorata, huc etiam vel maxime pertinent.

Journal etc. *Journal d'un Voyage à la Louiſiane fait en* 1720, *par M.* à la Haye 1768. 12.

Pittman. PHILIPPI PITTMAN (Navarchae Anglici) *Preſent State of the European Settlements on the Miſſiſſipi; with a geographical Deſcription of that River; illuſtrated by Plans and Draughts.* London 1770. 4. — Plures per annos auctor obivit Luiſianam, partem Floridae occidentalis, terramque Illinorum. Narratio eius fide utique digna videtur.

Champigny. CHAMPIGNY *Etat préſent de la Louiſiane, pour ſervir de ſuite à l'hiſtoire* (de M. Raynal) *des établiſſemens des Européens dans les deux Indes.* à la Haye 1776. 8 mai.

CAPVT

CAPVT XLIV.

CRIPTORES DE REBUS CANADAE SIVE NOVAE FRANCIAE, ATQUE INSULAE CAP BRETON.

Ex collectionis Hakluytianae volumine III huc pertinent:

IACOBI CARTIER *three Voyages of Canada,* Cartier.
534. 1538. 1540.

FRANCISCI DE LA ROCHE *Voyage of Ca-* de la Roche.
nada, Hachelago and Saguenay, 1542.

IOH. ALPHONSI XANCTOIGNE *Ruttier ſhew-* Xanctoigne.
ng the courſe from Belle isle up the river of Ca-
nada, 1542.

A Deſcription of the Salvages in Canada. Deſcription etc.

HORE *Voyage to Newfoundland and Cape Bri-* Hore.
ton, 1536.

DE LA COURT *Diſcovery of the isle of Ramea,* de la Court.
1591.

HILL'S *of* REDRIFFE *Voyage into Cape Bri-* Hill.
ton, 1593.

GEORGII DRAKE *Voyage to the isle of Ra-* Drake.
mea, 1593.

CAROLI LEIGH *Voyage to Cape Briton and* Leigh.
he isle of Ramea.

CRISTOPHORI CARLILE *Diſcourſe upon a* Carlile.
Voyage intended to the hithermoſt parts of Ame-
rica, 1583.

Obſervations, touching the Countries, where Ch. Obſerva-
Leigh touched in his Voyage to the Cape Briton tions etc.
and Ramea.

* * *

In collectionis itinerariorum Ramuſianae volumine tertio p. 420 ſqq. exhibentur:

de Verrazzano. *Relatione di* GIOV. DA VERRAZZANO, *Fiorentino, della terra per lui ſcoperta in nome di ſua Maeſta Chriſtianiſſima, ſcritta da Dieppe a dì* 8 *Lugl.* 1524.

Diſcorſo etc. *Diſcorſo d'un gran Capitano di Mare, Franceſe ſopra le navigationi fatte alla Nuova Francia.*

Carthier. IACOBI CARTHIER *Piloto di Francia, Relationi due della Terra nuova, detta la Nuova Francia trovata nell' anno* 1534. — *all' Iſole di Canada, Hochelaga, Saguenai et altre, al preſente dette Nuova Francia, con particulari coſtumi e ceremonie de gli Habitanti, nell' anno* 1535.

Cartier. IAC. CARTIER *Diſcours du Voyage aux Terres neuves, de Canada ou Nouvelle France.* à Rouen 1598. 8. Verſiones Anglicam et Italam modo laudavimus. Relatio, nautis potiſſimum ſcripta.

Champlain. *Des Sauvages, ou Voyage de* (SAMUEL) CHAMPLAIN *de Brouage, fait en la Nouvelle France l'an* 1603. à Paris 1603. 8.

Voyage de la Nouvelle France de SAMUEL CHAMPLAIN, *Xaintongeois, Capitaine de la Marine* à Paris 1613. 8. ibid. 1617. 8. Et in *Recueil de Voyages du Nord* T. V.

Haec aliaque itinera in Canadam, a Champlaino peracta, copioſius ſunt deſcripta in opere hac epigraphe inſignito: *Les Voyages de la Nouvelle France occidentale, dite Canada, faits par le Sieur* DE CHAMPLAIN, *Xaintongeois, Capitaine pour le Roy en la Marine du Ponent, et toutes les découvertes, qu'il a faites en ce pays depuis l'an* 1603 *juſqu'à l'an* 1629: *où ſe voit, comme ce pays a été premierement découvert par les François ſous l'autorité de nos Rois Très-Chrétiens juſqu'à ce regne de Sa préſent regnante Louys XIII, Roy de France*

Nav-

re; avec un Traité des qualités et conditions s à un bon et parfait Navigateur, pour con- la diverſité des eſtimes, qui ſe font en la navi- , les marques et enſeignements, que la Provi- le Dieu a miſes dans la Mer, pour redreſſer les iers en leurs routes, ſans lesquelles ils tombe- en de grands dangers, et la maniére de bien les Cartes marines, avec leurs ports, rades ſondes et autres choſes, neceſſaires à la naviga- Enſemble une Carte générale de la déſcription pays en ſon Meridien, ſelon la déclinaiſon de la ayman, et un Catechiſme ou inſtruction traduite nçois en langage des peuples ſauvages de quel- ntrée; avec ce qui s'eſt paſſé en ladite Nouvelle en l'année 1631. à Paris 1632. 4. — Titu- ſtar indicis, argumentum operis clare docet. hiſmus, quem idem innuit, auctorem habet BUM LEDESMA, Ieſuitam; eiusdem ſocius, DE BREBEUF, Huronice illum reddidit.

ERTRAND) *Lettre miſſive touchant la Conver- grand Sagamos de la Nouvelle France, qui en avant l'arrivée des François, le Chef et le Souve-* 1610. à Paris 1610. 8. Bertrand.

iſtoire de la Nouvelle France, contenant les na- ons, découvertes et habitations faites par les ois aux Indes occidentales et Nouvelle France, aveu et l'autorité de nos Rois très-Chretiens, et verſes fortunes d'iceux en l'exécution de ces cho- epuis cent ans jusqu' à huis. En quoi eſt com- l'hiſtoire morale, naturelle et géographique de province, avec figures; par MARC LESCAR- *Avocat en Parlement, témoin oculaire d'une des choſes ici récitées.* à Paris 1609. 8. — *de edition, revue, corrigée et augmentée par ur.* à Paris 1611. 8. — *Troiſiéme édition*, ibid. . 8. Ineſt libro quarto: *Voyage des Sieurs de* Leſcarbot.

de Monts et de Poutrincourt en la Nouvelle France (1604. Quae *Anglice* exſtat in Purchaſii collectio ne T. IV.

Biard. PETRI BIARD, Ieſuitae († 1622) *Relation de la Nouvelle France.* à Lyon 1616. 12. Idem, teſte *Alegambio* (in Bibl. ſcriptor. Societ. Ieſu p. 373) ſcripſit *Epiſtolam ad R. P. Praepoſitum generalem e Portu-Regali in Nova Francia, datam ultimo die Ianuarii anni* MDCXI, qua regionem illam deſcribit, et Ieſuitarum in eam profectionem. Ea, eodem teſte, inſerta eſt Annuis Litteris Societatis Ieſu eius anni Provinc. Franc. ad fin. Idem Biardus ſcripſit *Relationem expeditionis Anglorum in Canadam, ſuaeque ab illis comprehenſionis.* Super qua comprehenſione fatisque auctoris audiamus Alegambium, *facete* ac *pie* narrantem: „*Petrus Biardus*, natione Gallus, patria Gratianopolitanus, operarius magni zeli, atque adeo multarum palmarum, quas in horridis et inviis Canadenſium ſeptentrionalis Americae populorum ſylvis primus legit. Extrema ibi omnia paſſus, nihil tamen inhumanum magis, quam Haereticos, expertus eſt. Feritatis obſida gens barbara integerrimi hominis innocentiam venerari diſcebat; cum ecce tibi ſanctitatis inimica, Deumque neſciens Haereſis, cum Anglis Canadae oras irrupit: difficillimae expeditionis ingens pretium fuit, exoſum inde abducere Ieſuitam. Habitus eſt in vinculis aliquamdiu; et vix tandem in Galliam nudus ab omni re miſſus. Interea vero cum integrum illi eſſet, ad novellos Canadae redire, damnum ab Haereticis illatum ſancte ultus eſt: reliquo vitae tempore quaeſivit intentiſſimis ſtudiis ad vitam illos, a quibus ad necem adductus fuerat.“

Ab aliis Ieſuitis identidem relationes ex Canada miſſae ſunt ſequentes, e quibus, ſi iis recte

utaris,

taris, haud pauca cognitu dignà eruere potis:

Lettre de CHARLES LALLEMANT, *Superieur* … *Miſſions des Jeſuites du Canada, où ſont contenües les moeurs des Sauvages.* à Paris 1627. 8. C. Lallemant.

Relation de ce qui s'eſt paſſé en la Nouvelle France, … *l'année* 1633. à Paris 1634. 8.

IULIANI PERRAULT, *de Nantes* († 1647) *Relation du Cap-Breton dans la Nouvelle France.* à Paris 1634. 12. Perrault.

FRANCISCI IOSEPHI LE MERCIER *Relation de ce qui s'eſt paſſé au Païs des Hurons en* 1637. Rouen 1638. 8. le Mercier.

PAULI LE JEUNE († 1664) *Relations de ce qui s'eſt paſſé en la Nouvelle France, depuis l'an* 1634 *juſqu'en* 1639. à Paris 1635-1640. VII Voll. in 8. le Jeune.

HIERONYMI LALLEMANT (†1673) *Relations de ce qui s'eſt paſſé dans la Nouvelle France, depuis l'an* 1645 *juſqu'en* 1648. à Paris 1648. III Voll. in 8. H. Lallemant.

BARTHOLOMAEI DE VIMONT *Relation — depuis l'an* 1639 *juſqu'en* 1649. à Paris 1641-1649. V Voll. in 8. de Vimont.

Relation — depuis l'Eté 1649 *juſqu'en l'Eté* de 1650. à Paris 1650. 8.

PAULI RAGUENEAU *Relation — depuis l'an* 1648 *juſqu'en* 1651. à Paris 1650-1652. II Voll. in 8. Ragueneau.

Relations — depuis l'an 1651 *juſqu'en* 1653; *par le Superieur des Miſſions* (FRANC. LE MERCIER). à Paris 1653-1654. II Voll. in 8. le Mercier.

Relation de ce qui s'eſt paſſé en la Nouvelle France, … 1653 et 1654 (eodem auctore). à Paris 1655. 8.

FRANCISCI IOSEPHI BRESSANI († 1672) *Relatione de gli Miſſionarii della Compagnia di Gieſu nella Nuova Francia.* In Macerata 1653. 4. Breſſani.

HIE-

Lallemant. HIERONYMI LALLEMANT *Re... ... de ce qui s'eſt paſſé dans la Nouvelle France dep...s l'an 166... jusqu'en* 1664. à Paris 1663 - 1666. III Voll. in 8.

le Mercier. FRANC. LE MERCIER *Relation — des années* 1664 *et* 1665. à Paris 1666. 8.

Eiusdem *Relation des années* 1666 *et* 1667. ibid. 1668. 8.

Bordier. IACOBI BORDIER († 1672) *Relation des années* 1666 *et* 1667. ibid. 1669. 8.

le Mercier. FRANC. LE MERCIER *Relation des années* 1667 *et* 1668. ibid. 1669. 8.

Ablon. CLAUDII ABLON *Relation des années* 1669 *et* 1670. ibid. 1672. 8.

Eiusdem *Relation des années* 1671 *et* 1672. ibid. 1673. 8.

❧ ❧ ❧

Sagard. GABRIELIS SAGARD *Recollect* (†....) *Grand Voyage du pays des Hurons, ſitué en l'Amérique vers la Mer Douce, ès derniers confins de la Nouvelle France, dite Canada, où il eſt traité de tout ce qui eſt du pays et du gouvernement des Sauvages, avec un Dictionnaire de la Langue Hurone.* à Paris 1736. 8.

Eiusdem *Hiſtoire du Canada et Voyage que les Recollects y ont fait pour la Converſion des Infidèles en* 1615. à Paris 1636. 8.

Gourdin. GOURDIN *Mercure de la Nouvelle France, ou Abrégé de tout ce qui s'y paſſé dépuis que les François l'ont decouverts.* à Paris ſ. a. 8.

Boyer. PAUL BOYER, *Sieur de* PETITPUY — 1654. 8. V. ſupra cap. XXXVIII.

Boucher. PETRI BOUCHER *Hiſtoire veritable et naturelle des Moeurs et Productions du Païs de la Nouvelle France, vulgairement dite le Canada.* à Paris 1664. 12. Auctor, minime Ieſuita, ut nonnulli ſtatuunt, ſed Praefectus regius Canadae, e numero primorum

Gallo-

um, qui regionem iſtam petierunt, et qui
ıd centum paene annos produxerat. Quas
ſſas primariis de Canada ſcriptoribus adnu-
ilus eſt.

ANCISCI CREUXII, Soc. Ieſu († 1666) Creux.
a Canadenſis, ſeu Novae Franciae Libri X,
o 1625 ad annum 1656. Pariſiis 1664. 4.

ıt préſent de l'Egliſe et de la Colonie Françoiſe de Saint-Vallier.
Nouvelle France, contenu dans une Lettre,
ar JEAN (DE LA CROIX DE CHEVRIERS)
INT-VALLIER, *Evéque de Quebec.* à Paris
4. — Laudatur ob integritatem auctoris.

RISTIANI LE CLERC, *Miſſionnaire Recollect* le Clerc.
Premier Etabliſſement de la Foy dans la Nou-
rance, contenant la publication de l'Evangile,
re des Colonies Françoiſes et les fameuſes Dé-
ıs, depuis le Fleuve de Saint-Laurent, la Loui-
e Fleuve Colbert, juſqu'en Golfe de Mexique,
conduite de feu M. de la Sale. à Paris 1691.

ıſdem *Nouvelle Relation de la Gaſpeſie, qui*
t les moeurs et la Relation des Sauvages Gaſpe-
Portes-Croix, Adorateurs du Soleil et autres
de l'Amérique ſeptentrionale, dite le Canada.
592. 12.

LA HONTAN ſ. GUEUDEVILLE *Nou-* de la Hontan.
Voyages dans l'Amérique ſeptentrionale etc.
etc. V. ſupra cap. XXXVIII.

ROY DE LA POTERIE *Nouveau Voyage du* le Roy de la Poterie.
ı, ou de la Nouvelle France, avec les guerres des
ıis avec les Anglois et les originaires du Pays.
1716. IV Voll. in 12 mai.

BACQUEVILLE DE LA POTHERIE in de Bacqueville de la Potherie.
e de l'Amérique ſeptentrionale (à Paris 1722.
ll. in 12 mai.) praecipue de Canada agit.
ra cap. XXXVIII.

IOH.

Lafiteau. IOH. FRANC. LAFITEAU *Moeurs des Sauvages Americains* etc. à Paris 1723. II Voll. in 4 etc Vid. ſupra cap. XXXV. ſect. II. Ibidem

le Beau. CLAUDII LE BEAU itinerarium indicatum cui ineſt ampla, tamen haud ſatis fida, Canadae deſcriptio.

Creſpel. EMMANUEL CRESPEL *Voyages dans le Canada, avec la Relation de ſon Naufrage en revenant en France; mis au jour par* LOUIS CRESPEL à Francfort ſur le Mayn 1742. 8. *Theotiſce*, Francof. et Lipſ. 1752. 8. — Auctoris magis fata quam Canadae notitia, traduntur.

le Charlevoix. (PETRI FRANCISCI XAVERII) DE CHARLEVOIX, *de la Compagnie de Jeſus* († 1761) *Hiſtoire et Deſcription générale de la Nouvelle France, avec le Journal hiſtorique d'un Voyage fait par Ordre du Roi dans l'Amérique ſeptentrionale.* à Paris 1744. III Voll. in 4 ſ. VI Voll. in 12 mai. Cum multis tabulis geographicis et figuris aen. *Anglice* Londini 1769. ... Epitome in Collectione itinerum Prevot. T. XVI. — Auctor non ſolum omnium ſcriptorum ſuperiorum, ſed et ſuis ipſis in Canada collectis obſervationibus uſus, librum ſuper parte iſta Americae ſeptentrionalis copioſiſſimum ac, ſi demas, quae idem, *Francogallus* et *Ieſuita*, recte tradere vix poterat, praeſtantiſſimum elaboravit. Volumen *primum* ſiſtit primo loco annales Americae chronologicos inde ab a. 1248, ubi Groenlandia primum ab Europaeis viſa, usque ad a. 1740. Deinde notitiam ſcriptorum ab auctore in conſilium vocatorum. Sequitur hiſtoria ipſa, XXII libris comprehenſa. Quae variis interiectis temporum ſpatiis *Verazani*, *Cartier*, *Roberval*, *Ribaut*, *Laudonniere*, *Gourgues*, *de la Roche*, *Chauvin*, *Champlain*, *de Monts*, aliique Gallicae gentis viri fortuna ſecunda, magis tamen adverſa in condendis

colonii

olonits circa fluvium S. Laurentii egerunt, prinis tribus libris prioribus exponitur. Sequentes iſtunt bella cum indigenis, cum Anglis et Batavis Francogallis geſta; horum ſtudia, religionem Chriſtianam inter indigenas promovendi; aliaque d hiſtoriam Canadae pertinentia, usque ad librum uodecimum, quo volumen primum abſolvitur. ecundum in fronte habet deſcriptionem plantaum, Americae ſeptentrionali propriarum, cum arum iconibus. Narrata ſunt poſtea libro XIII ita Francogalli *de la Sale*, cuius ſaepius mentioiem fecimus. Traduntur in libris proxime ſeuentibus fata Gallorum cum in Canada tum in .uiſiana inde ab eiusdem internecione, ante anos centum patrata; ea potiſſimum, quae per jallorum duces, *Frontenac* et *Iberville*, peracta int. Volumen *tertium* continet diarium auctoris uius operis ſuper eius itinere per Canadam, trajtum quidem XXXVI epiſtolis, quibus maxime ieſt deſcriptio geographica hiſtoriaque naturalis egionum, quas peragravit, earumque incolarum atione morum et rituum, cum religioſorum im domeſticorum. Inde ab initio auctor diſſerit le origine Americanorum, atque in fine obſeruationes ſuper Florida exhibet.

Cf. BAUMGARTENII *Nachrichten von merkwürdigen Büchern* T. VII. p. 26-58.

PETRI KALM itinerarium, ſupra Cap. XXXVIII udatum, in rebus Canadenſibus haud praeterundum.

An Account of the Proceedings of the Britiſh and ther Proteſtant Inhabitants of the Province of Quebec etc. *In Order to obtain a Houſe of Aſſembly that Province.* London 1766. 8. Account.

Captain JOHN KNOX *Hiſtorical Journal of the ampaigns in North-America for the years* 1757. Knox.

 1758.

1758. 1759 *and* 1760: *Containing the moſt markable Occurences of that Period; particularly two Sieges of Quebec, the Orders of the Admi and General Officers, Deſcriptions of the Count where the Author has ſerved, with their Forts Garniſons; their Climate, Soil, Produce; and a gular Diary of the Weather. Alſo ſeveral Ma ſtoes; a Mandate of the Biſhop of Canada; the Fr Orders and Diſpoſitions for the Defence of that lony* etc. London 1769. II Voll. in 4. — O in primis quidem artis bellicae cultoribus c mendabile: aliis tamen haud minus gratum pter adiectam Canadae deſcriptionem geogra cam, aliaque in titulo notata.

Melshei-er. F. V. MELSHEIMER *Tagebuch von der Reiſ Braunſchweigiſchen Auxiliartruppen, von Wo büttel nach Quebec.* Minden 1776. 8.

Eiusdem *Fortſetzung des Tagebuchs* etc. eod. 8.

Beſchrei-ing etc. *Beſchreibung von Canada;* in *Gelehrten Bey gen zu den Braunſchweigiſchen Anzeigen* a. 1 p. 437 ſqq.

Briefe aus Canada; ibid. a. 1778. Scida L ſqq.

hloezer. *Von Canada, aus Briefen eines teutſchen St officiers* 1776; in Schloezeri *Briefwechſel* P. p. 320-340.

Vertrauliche Briefe aus Canada 1777. ibid. P. p. 288-323.

Erſter Feldzug der Braunſchweiger in Can im J. 1776; ibid. P. V. p. 267-279.

CAP

CAPVT XLV.

ſCRIPTORES DE REBUS FRETI HUDSONIANI, NOVAE BRITANNIAE, TERRAE NOVAE, ET ACADIAE S. NOVAE SCOTIAE.

1. *De freto Hudſoni.*

Deſcriptio ac delineatio geographica detectionis freti ſive tranſitus ad oceanum ſupra terras Americanas in Chinam atque Iaponem ducturi, recens inveſtigati a M. Henrico Hudſono, Anglo. Item Exegeſis Regi Hiſpaniae facta ſuper tractu recens detecto, in quinta orbis parte, cui nomen: Auſtralis incognita. Cum deſcriptione terrarum Samojedarum et Tingueſiorum etc. Amſterodami 1612. 4. Cum mappis geograph. Deſcriptio etc.

JEREMIE *Relation du Détroit et de la Baie de Hudſon;* in *Recueil de Voyages au Nord* T. V. p. 390-432. Jeremie.

A Voyage to Hudſonsbay, by the Dobbs Galley and the California, in the years 1746 *and* 1747, *for diſcovering a Northweſt Paſſage, with an accurate ſurvey of the Coaſt and a ſhort natural Hiſtory of the Country, together with a far View of the facts and arguments, from which the future finding of ſuch Paſſage is rendered probable. By* HENRY ELLIS, *Gent. Agent for the Proprietors in the ſaid Expedition.* London 1748. 8. Cum tabula geogr. ac figg. aen. *Theotiſce* (a *Ioh. Phil. Murray*). Goettingen 1750. 8 mai. Cum figg. aen. Et in Collectione itiner. Goetting. T. I. (Huic verſioni quoque inſertae obſervationes libri ſubſequentis). *Franco-gallice* (a *Godofredo Sellius*, qui etiam annotationes adiecit. à Paris 1749. 12 mai. Cum figg. aen. Ellis.

à Leide 1750. II Voll. in 8 mai. Cum figg. aen. *Belgice*, Amſterd. 1750. 8. Cum figg. aen. Epitome, ab *A. G. Kaeſtner* confecta, exſtat in *Hamburg. Magazin* T. IV. p. 1-26; et in Collect. itiner. Prevot. T. XVII. — Ortum huic itinerario nobiliſſimo dedit expeditio, quam Angli annis 1746 et 1747 eo fine, quem titulus libri innuit, ſuſceperunt. Non ſolum fata, quae in maribus iſtis ſeptentrionalibus ſaevis ac periculoſis ſubiere, ſed et littora, quibus appulerunt, hominesque ibi habitantes (*Eſquimaux* in primis), vada, ſcopulos etc. auctor, navigio *Dobbs* *) vectus, ſollerti cura obſervavit atque expoſuit. Probe omnia, quae narrat, perpendiſſe videtur. Nihilo minus adverſarium nactus eſt, qui varia ab illo narrata, refellere rectioraque exhibere ſtuduit, alia ſimul exponens, ab Elliſio praetermiſſa aut neglecta; auctor ſcilicet libri ſequentis:

Account etc. *An Account of a Voyage for the Diſcovery of a Northweſt Paſſage by Hudſons Streights to the Weſtern and Southern Ocean of America, performed in the years* 1746 *and* 1747 *in the Ship California, Capit. Francis Smith, Commander. By the Clerk of California.* London 1749. II Voll. in 8. Cum tabb. geogr. et figg. aen. Epitomen exhibuit *Kaeſtnerus* in *Hamburg. Magazin* T. IV. p. 353-370.

Cf. de duobus his libris *Goetting. gel. Zeitung.* a. 1748. p. 1018 ſqq. a. 1749. p. 482 ſqq. a. 1750. p. 97 ſq.

IOSI-

*) Nomen inditum navigio ab ARTHURO DOBBS, navarcha Anglico, qui ante Elliſium fretum Hudſoni cum littoribus adiacentibus perluſtravit, et a ſe obſervata litteris mandavit, hoc titulo: *Account of the Countries adjoining to Hudſonsbay.* Lond. 1746. 8. Cf. *Bibliotheque raiſonné* a. 1747. Ian. Feb. Mart.

IOSEPHI ROBSON, *Surveyor and Superviſor of the Buildings of the Hudſonsbay-Company — Account of ſix Years reſidence in Hudſonsbay from 1733 to 1736 and 1744 to 1747.* London 1752. 8. — Auctor huius libelli acriter invehitur in ſocietatem mercatoriam, commerciorum circa fretum Hudſoni agendorum cauſſa ab Anglis inſtitutam, eamque negligentiae ac variarum rerum male geſtarum incuſat. Nova ad penitiorem regionum iſtarum cognitionem facientia haud affert. Affirmantur tamen narratis ſuis plura ab aliis obſervata.

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1753. p. 211 ſq.

Hiſtoria naturalis animalium quadrupedium, avium et piſcium in et circa fretum Hudſoni accurate conſcripta legitur in Actis Acad. Scient. Londinenſis (*Philoſophical Transactions*); e quibus eandem Theotiſce reddidit *Ioh. Reinoldus Forſter* in *Beyträgen zur Völker- und Länderkunde* (1753) P. III. p. 181-272.

2. *De Nova Britannia ſ. Terra Labrador.*

Plures quidem Angli aevo recentiore terram iſtam nondum ſatis cognitam, aſperam fereque inhoſpitalem, circumnavigarunt: pauca vero hactenus evulgata ſunt,

Diarium navigii, a. 1753 Philadelphia verſus littora illa miſſi, exhibuit JEFFERYS in *The great Probability of a Northweſt Paſſage* etc. (London 1768), de quo libro in poſterum agemus. Jefferys.

ROGER CURTIS *Account of Labrador;* in *Philoſophical Transactions* (a. 1774) T. LXIV. P. II. Cum tabula geogr. *Theotiſce*, cum annotationibus, in Forſteri et Sprengelii *Beyträgen zur Völker- und Länderkunde* P. I. p. 79-118. Cum tabula Curtis.

 arche-

archetypi geographica, aucta et emendata. — De littore, ſolo et aëre, animalibus, terrae proventibus, incolis, praecipue de iis, qui *Eſquimaux* audiunt, eorumque numero, non quidem multa, fide vero digna, narrantur.

3. *De Terra Nova (Newfoundland).*

Collectioni Hakluyti inſunt ſequentia huc referenda:

Hore. HORE'S *Voyage to Newfoundland and Cape Breton*, 1536.

Gilbert. HUMPH. GILBERT *Voyage to Newfoundland*, 1583.

Voyage etc. *Voyage to the North-Weſt of Newfoundland, as far as the isle of Aſſumption or Natiscotec*, 1594.

Relation etc. *A Relation of Newfoundland and the commodities thereof.*

* * *

Whitbourne. *Abſtracts out of* RICHARD WHITBOURNE'S *Voyage to Newfoundland;* in *Purchaſii Pilgrims* Vol. IV. in fine.

White. *Relation de Terre-Neuve, par* WHITE, *qui y a été en* 1700. *traduite de l'Original Anglois;* in *Recueil de Voyages au Nord* T. III. p. 357 ſqq. *Theotiſce* in *Dieter. de Bry* America P. XIII. p. 1 ſqq.

4. *De Acadia ſ. Nova Scotia.*

Diereville. DIEREVILLE, *Officier*, *Relation du Voyage du Portroyal de l'Acadie ou de la nouvelle France; dans laquelle on voit un detail des divers mouvemens de la mer dans une traverſée de long cours; la Deſcription du Païs, les occupations des François qui y ſont établis, les manières des differentes Nations ſauvages, leurs ſuperſtitions et leurs chaſſes; avec Diſſertation exacte*

xacte ſur le Caſtor. à Paris 1708. 12. à Amſterd. 710. 8. Theotiſce in Collectione itiner. Gottin ꝑenſi T. III. — Auctor, hiſtoriae naturalis ma- ime peritus, partim orationi ſolutae, partim ver- ibus; quae in Nova Scotia ipſe probe obſervave- at, mandavit. Interpres Theotiſcus omnia ora- one ſoluta reddidit.

A geographical Hiſtory of Nova Scotia. Lon- on 1749. 8. *Theotiſce* hac epigraphe: *Hiſtoriſche nd geographiſche Beſchreibung von Neuſchottland, arinnen von der Lage, Gröſse, Beſchaffenheit, ruchtbarkeit und Sitten der Einwohner Nachricht theilet wird. Auf Befehl des Parlements in Engli- her Sprache verfaſst, nunmehr aber ins Teutſche berſetzt.* Frankfurt und Leipz. 1750. 8. *Franco- allice*, Lond. (ſ. potius Pariſiis) 1749. 8. ibid. 754. 12. — Archetypum Anglicum ſuperio- um iuſſu elaboratum fuiſſe, vix credibile videtur, uia auctor anonymus minime ad tabularia mo- imentaque vere hiſtorica, ſed ad fidem Charle- oiſii vel maxime provocat. Geographiam ſequi- ır hiſtoria Novae Scotiae. Interpres Theotiſcus m ſuam haud ſatis feliciter egiſſe videtur. Geogr. Hi ſtory etc.

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1751. p. 333 ſqq.

IOSEPHI BERNARDI DE CHABERT itinera- um, cui etiam geographica haud pauca de Nova cotia inſunt, ſupra cap. XXXVIII indicavimus. de C

Von Neuſchottland oder Akadien, in (IOH. HRISTOPHORI GUIL. DE STECK) *Verſuchen ber einige erhebliche Gegenſtände, welche auf den ienſt des Staats Einfluſs haben* (Frankf. und Leipz. 772. 8.) p. 70-74. Breviſſime quidem, ſed ex- cte, de litibus ſuper peninſula iſta motis atque de us commodis agitur. v. Steck.

Remarks c.

Remarks on the Climate, Produce and natural Advantages of Nova Scotia. London 1784. 8. — Argumentum titulo minime reſpondet; paucis enim paginis breviter formaque epiſtolarum repetuntur, quae aliunde diu nota erant. Tabella adiecta geographica a Iefferyſii tabula Novae Scotiae maiore mutuata eſt.

Cf. *Goetting. gel. Zeit.* a. 1785. p. 373 ſq.

ebcrſicht c.

Ueberſicht des gegenwärtigen Zuſtandes der Schiffahrt und des Handels von Neuſchottland; Auszug aus einem 1786 *zu Edinburg gedruckten Werke;* in *Hiſtor. Portefeuille* a. 1786. T. II. p. 397-419. — Ad incitandos Anglos atque Scotos, ut naturae bona, quae Nova Scotia offert, maiore fervore colere et in commerciorum uſus convertere ſtudeant, liber ſcriptus videtur.

CAPVT

CAPVT XLVI.

RIPTORES DE NOVA ANGLIA, ENSYLVANIA, VIRGINIA, ET RELIQUIS PROVINCIIS, NOVAM REMPUBLICAM ANGLO-AMERICANAM CONSTITUENTIBUS.

oſt ſcriptores generales, Capitibus XXXVI. et XXXVIII. enumeratos, ſequuntur nunc ſingulis iſtis provinciis ſpeciales.

1. *De Nova Anglia.*

JOHANNIS SMITH *Beſchreibung des neuen gellands.* A. 1614; in *Dieterici de Bry* America K. p. 52 ſqq. Idem eſt Anglus, cuius ſupra pite XXXVIII. ſ. voc. SCHEIBLER memini-s. Hoc loco ſupplere liceat, Smithium in lu-n edidiſſe: *New-England's Tryals, declairing ſucceſs of 26 Ships employed thither.* Lond. 1620. Porro: *General Hiſtory of Virginia, New England and the Summer Isles.* ibid. 1624. fol. Deni-e: *Travels in Europe, Aſia, Africa and America, th a Continuation of the Hiſtory of Virginia.* ibid. 30. 4. In omnibus his libris ratio habita eſt po-ſimum Novae Angliae, maxime tamen Vir-niae. Smith.

THOMAE MORTON *New Canaan: or an Ab-ct of New England, in III Books.* Amſterd. 37. 4. — Hiſtoriae eccleſiaſticae magis, quam ili, inſervit. Morton.

Hiſtory of New-England. London 1654. 4. Hiſtory etc.

JOHANNIS JOSSELYN *Account of two Voya-to New England: wherein you have the ſetting out Ship, with the Charges, the Prices of all Neceſſa-for furniſhing a Planter and his Family at his coming: a Deſcription of the Country, Natives* Joſſelyn.

and Creatures, with their Merchantile and I uſe; the Government of the Country as it is now ed by the Engliſh etc. A large chronical Tabl moſt remarkable paſſages from the firſt Diſcove the Continent of America, to the year 1673. L 1672. 8.

Levett. CHRIST. LEVETT *Voyage to New Engl the years* 1623 *and* 1624. London 1728. 4 *Stuckius* l. c. p. 175. Apud alios, quos con licuit, altum de hoc ſcriptore ac libro tium.

Prince. THOMAE PRINCE *Chronological Hiſt New-England.* Boſton in New-England 8. — Auctor, Boſtoni olim verbi divini pr annales elaboraverat, in quibus omnem N Angliae hiſtoriam ſecundum temporum ord inde ab a. 1603, ubi Angli duce Gosveldic mas ibi ſedes fixerunt, usque ad a. 1730, e condiderat. Cuius vero operis pars prim ſummodo, quantum nos ſcimus, evulgat qua hiſtoria Novae Angliae usque ad a. 163 ducta. Introductio praefixa, in qua varia e ſtoria univerſali repetuntur, abeſſe poterat.

Neal. DANIEL NEAL *Hiſtory of New-England, taining an impartial Account of the civil and eccl tical Affairs of the Country to the year* 1700. *the preſent State of New-England, and a new rate Map of the Country* etc. .... *Editio ſec* Lond. 1747. II Voll. in 8. — Optimis in ho nere libris accenſetur. Magni quoque aeſt tur ſequens.

Hutchinſon. HUTCHINSON *Hiſtory of the Colony of M chuſetsbay.* London 1760. II Voll. in 8.

Mauduit. ISRAEL MAUDUIT *Short View of the Hi of the Colony of Maſſachuſetsbay, with Reſpect to Charters and Conſtitution .... Second Edition,*

e original Charter granted to that Province in the *of Charles I.* London 1774. 8.

Maſſachuetenſis, or a Series of Letters, containg a faithful ſtate of many important and ſtriking s, which laid the foundation of the preſent troubles that Province. IV Edition. Boſton *printed*, London *reprinted* 1776. 8. Maſſachuetenſis etc.

A general Hiſtory of Connecticut, from its firſt ttlement under George Fenwick, Eſq. to its lateſt Period of Amity with Great Britain; including a Deſcription of the Country, and many curious and intreſting Anecdotes. By a Gentleman of the Province. London 1781. 8. Epitome *Theotiſca*, a *Sprengelio* aborata noviſque acceſſionibus aucta; in *Beyagen zur Völker- und Länderkunde* (1782) P. II. 145-204. — Libri quidem forma non adeo ude digna, quippe cuius auctor anonymus ubis fere rixatur, certe diſputat, contra Nealium, ouglaſium, Hutchinſonum, atque alios, eorumne narrationes de primis provinciae Connecticut colonis horumque litibus vel inter ſe vel um vicinis, haud raro refellit; ſaepe etiam calillatorem magis quam hiſtoricum agit; diffuſa fuper oratio ac difficilis: nihilo minus optiam prae caeteris deſcriptionem iſtius regionis ultiſſimae ſiſtit. Multa quoque inſunt, hiſtoriam mnium coloniarum Anglo-Americanarum iuantia; exempla et relata nova utiliave de hominibus in rebus religioſis fanaticis, de cauſſis belli, uo coloniae a metropoli deſciverunt, de turbis uper provincia Vermont ortis, et quae ſunt reliua. De commerciorum ſtatu meliora expectaveris. General Hiſtory etc.

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1782. p. 417-422. *Gothaiſche gel. Zeitung.* a. 1782. p. 178 ſqq.

JERE-

Belknap. JEREMIAE BELKNAP *Hiſtory of New-Hamp ſhire. Vol. I.* Philadelphia 1785. 8. — Auctor Philadelphiae vitam agens atque ſocius academiae philoſophicae ibi conſtitutae, intelligenti laudabili ſineque partium ſtudio opus aggreſſus illud in hoc volumine usque ad annum 1715 perduxit. Appendix varia additamenta, novarum rerum plena, continet.

2. *De Novo Eboraco (New-York).*

Smith. GUILIELMI SMITH *Hiſtory of the Province of New-York, from the firſt diſcovery. To which is annexed a Deſcription of the Country and Inhabitants* etc. London 1757. 8. ibid. 1776. 8. *Francogallice* hac epigraphe, e qua libri contenta ſimul cognoſcas: *Hiſtoire de la Nouvelle York depuis la découverte de cette Province jusqu'à notre ſiècle, dans laquelle on rapporte les démelés qu'elle a eu avec les Canadiens et les Indiens; les guerres qu'elle a ſoutenue contre ces Peuples; les Traités et les Alliances qu'elle a faits avec eux etc. On y a joint une Deſcription géographique du Pays, et une Hiſtoire abrégée de ſes habitans, de leur Religion, de leur Gouvernement civil et eccleſiaſtique etc. Traduite de l'Anglois par M. E**** (Eidous). *à Londres et ſe trouve à Paris* 1767. 12 mai. — E caterva rerum minutarum ac levium operoſe conquirenda ſunt, quae alios, extra rem publicam Anglo-Americanam viventes, iuvare poſſint. Brevis quidem, utilis tamen eſt deſcriptio provinciae Novo-Eboracenſis geographica. Hiſtoriam eiusdem auctor, ipſe indè oriundus, quinque epochis abſolvit.

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1767. p. 1252 ſqq.

De novo Eboraco narrant etiam paſſim ſcriptores ſubſequentes.

3. *De*

3. *De Penſylvania et Nova Ierſey.*

GUILIELMI PENN, (primi huius coloniae ini urbisque Philadelphiae conditoris † 1718) *unt of the Province of Penſylvania.* London 1. 8. Editio aucta, *ibid.* 1682. 8. *Theotiſce* Paſtorio ſubſequenti. — Quae Pennius in erica peregit, ipſe candide refert. Confe-la eſt eiusdem *Epiſtola, conſulibus nec non ſe-i civitatis Embdenſis Londino ſcripta et miſſa....* uta, leges, privilegia etc. Penſylvaniae ex-t in *Bibliotheque Britannique* T. XV. P. II. p. ſqq. T. XVI. P. I. p. 127 ſqq. Laudatos etiam nimus libros nobis ignotos ſequentes: Penn.

The frame of the Government of the Province of ſlvania.... The frame etc.

Account of the City of Philadelphia.... Account etc.

Letter to the Committee of the free Society of Tra- of the Province of Penſilvania, reſiding in Lon- containing a general Deſcription of the ſaid Pro-, its Soil, Air, Water etc. Letter etc.

GABRIEL THOMAS *hiſtorical Deſcription of Province and Country of Weſt-New-Jerſey; a View of their Laws, Cuſtoms, Religion, as alſo Temperament of the Air and Climate, the farneſs e Soil, with the faſt Produce of Rice* etc. Lon- 1698. 8. Thomas.

Eiusdem *Continuation der Beſchreibung von ylvanien; nebſt* DANIEL FALKNERS *curieu- Nachricht von Penſylvanien.* Frankfurt 1702. 8.

FRANCISCI DANIELIS PASTORII (Licen- iuris et nomophylacis Philadelphici) *Beſchrei- der zu allerletzt erfundenen Provinz Penſylva- in den Endgränzen Americae; nebſt* WILHELM N's *Beſchreibung Penſylvaniae.* Frankfurt und nz. 1700. 8. Ineptiſſime ſcripta dicitur haec io. Paſtorius.

THO-

Campanius. THOMAE CAMPANII, Holmienſis, *Kort B- ſkryfnnig om Provincien Nya Swerige uti Ameri- ſom nu för tyden af the Engelſke callas Penſylvan-* Stockholm 1702. 4. Cum tabb. aen. — An huius libri editionem pauca de Suecorum in Am ricanis oris colonia innotuerant. Occaſione ſcribendi ſibi dediſſe auctor memorat in praef tione deſiderium, ab oblivione vindicandi Suec regum de propagatione verae religionis, una cu regni ſui ac ſubditorum incrementis, immortali merendi ſtudium, ut et ſubſidia, quae in amic rum ſcriniis repererit, praecipue vero inter adv ſaria avi ſui, *Iohannis Campanii*, Paſtoris in Fro hult et Herenwy Uplandiae, qui, non exig tempore in America verſatus, popularium i Paſtor fuit. Quatuor abſolvitur opus hoc lib Primus de America in genere agit, eiusque cap de ſitu Americae, diviſione in ſeptentrionalem meridionalem etc. Cap. II modum et tempus dagare ſtudet, quibus America Europaeis prim innotuerit. Operoſe in primis id agit, ut prob ſub finem ſaeculi X p. C. n. quinque diverſis vi bus terrarum Europae ſeptentrionalium inco in Americam navigaſſe, et ab iis tunc vocat eſſe *Winland.* Cap. III diſquirit de Americar rum gentium origine, et qua via reliqua animan in novum orbem deveniſſe cenſenda ſunt. M torum coniecturis perpenſis, veroſimillimum ſ videri fatetur, terreſtri itinere ſub Polo Arctico factum eſſe, conſentientibus geographis fere om bus, illic antiquo orbi novum cohaerere, hom nes autem non uni originem debere nationi, ſ forma, ſtatura, ſermone, moribus, politia dive ſiſſimos eſſe, luculenter evincentibus. Cap. fertilitatem deſcribit, et aëris in America temp riem et ſalubritatem. Liber II ſpecialem exhi

deſc

riptionem provinciae, quae prius Nova Suecia
ı, nunc Penſylvania audit. Capite I de Vir-
ı, olim maioris ambitus provincia, in qua ſita
Nova Suecia, poſtquam aliqua diſquiſiverat,
:t, tantam arborum praeſtantiſſimarum, fru-
, ferarum, avium et piſcium illic copiam eſſe,
eratum adeo aërem, ut Moſaico illi Paradiſo
ſimilius in orbe reperiri credant, qui illic
us verſati ſunt. Hinc et tractui, in quem
um adventantes deſcenderant Sueci, Paradiſi
en inditum fuiſſe, idemque adhuc retinere.
equenti capite ex adverſariis MS. *Petri Lind-*
, qui longo tempore in Virginia egerat, prae-
orum dat novae Sueciae locorum nomina, et
iptionem amplam et egregiam eorundem
entus explicantem. Chartas etiam addit géo-
hicas. Cap. III ſingularum anni tempeſtatum,
o menſis cuiusque in Virginia naturam ex-
it, variasque obſervationes, Mathematicis et
iologis non ingratas. Cap. IV docet, quo
detecta ſit Virginia, ac finitimae regiones,
Anglia, nova Hollandia et nova Suecia,
s ex Europa acceperint colonos. De harum
ema quia praecipue agere conſtituerat, capite
tempus et occaſionem eductae Suecorum in
ricam coloniae fuſius enarrat. Caput VI ho-
oricon exhibet IOHANNIS PRINTZII, a.
Tabago. London 1749. Editio altera ibid. eod. 8. — Lis eo tempore inter Anglos et Gallos propter hanc inſulam mota originem huic libello dedit, in quo hiſtoria inſulae cum naturalis tum civilis exponitur, atque ius Angliae in eandem contra Galliam deducitur.

10. De inſulis Curaſſao et S. Euſtachii.

Beſchryving etc. *Beſchryving van het Eiland Curaçao en de d onder hoorende Eilanden, bevattende: I. Eene knopte Schets van Amerika en de Eilanden rondom zelve gelegen. II. De gelegenheit van Curaçao, C ſpronk, Inwonders, Zeden en Godsdienſt. III. zitneming van Curaçao door de Spanjaarden, d na door de Nederlanders. IV. Beſchryving van gedaante des Eilands, Land en Luchtgeſteldheit. Beſchryving van de Stad, de Gebouwen, en ſtigten Lutherſche Kerken. VI. Byzonderheden wegens Fort Amſterdam en andere Sterkteus op Cura Regieringsform etc. VII. Berigt van de Voortbr zelen des Lands en van den Koophandel. VIII. gevallen van Curaçao de Nederlanders overgekon* Amſterdam 1781. 8 mai. Cum tabula geogr. Auctor J. H. HERING eſſe dicitur; plura, q refert, ab amico quodam, diu in hac inſula et ad centibus olim incola, accepiſſe affirmat. Epito *Theotiſca* exſtat in *Hiſtor. Portefeuille* a. 1783. T p. 473-487. et 814-817, ubi etiam mappa g graphica archetypi repetita, cum ichnograp portus et caſtelli.

11. De inſulis Maluinis ſ. Falkland dictis.

Pernety. (ANTONII JOSEPHI) PERNETY *Journ hiſtorique d'un Voyage fait aux Iles Malouines* 1763 *et* 1764, *pour les reconnoître et y former établiſſement, et de deux Voyages au Detroit de M gellan; avec une Relation ſur les Patagons.* à Be lin 1769. II Tomi in 8. Cum figg. aen. Edi altera hac epigraphe: *Hiſtoire d'un Voyage aux I Malouines, fait en* 1763 *et* 1764 *etc. Nouvelle e tion, refondue et augmentée d'une diſſertation préli naire et de remarques ſur l'hiſtoire naturelle.* à Pa

177

1770. II Tomi in 8. Cum figg. aen. *Anglice*, Lond. 1771. 4. — Auctor, ordini Benedictinorum e congregatione S. Mauri adſcriptus, alia occaſione a nobis iam commemoratus, ipſe diarium exhibuiſſe videtur, qua ratione illud in itinere conſcripſerit. Narrat enim, una cum rebus memoratu utique dignis, minutias futiliaque, quorum cognitionem vix quisquam deſideraverit. Quapropter ſcriptor anonymus alteram curavit editionem atque in ordinem meliorem redegit. Adſperſit idem notulas paſſim, atque praefixit diſſertationem, in qua de hiſtoria inſularum antiquiore nonnulla collegit. Pernettus ipſe a. 1763, duce Bugainvillio, iter verſus inſulas Maluinas ſuſcepit. Francogalli nempe coloniam ibi condere cupiebant. Iidem annis 1764 et 1766 duo alia itinera ad easdem inſulas inſtituerunt, quibus quidem auctor non intererat: uſus tamen eſt in iis deſcribendis diariis ducum nauticorum. Popularibus ſuis prae Anglis, qui poſt eosdem inſulas viſerint, earum poſſeſſionem enixe vindicare ſtudet. Tabulae aeneae repraeſentant res varias naturales tabulasque geographicas; in quibus eminet, quae partem freti Magellanici continet.

Cf. *Götting. gel. Anzeig.* a. 1769. p. 1369 ſqq.
(MEUSELII) *Betracht. über die neueſten hiſt. Schriften.* T. III. p. 310 ſqq.

JOHNSON *Thoughts on the late tranſactions of Falkland Island.* Lond. 1771. 8. Johnſon

BERNARDI PENROSE *Account of the laſt Expedition to Port Egmont, in Falkland's Islands, in 1772. Together with the Tranſactions of the Company of the Penguin — Shallow, during their ſtay there.* Lond. 1775. 8. *Theotiſce* a *M. C. Sprengel*, in eiusdem et *J. R. Forſteri Beyträgen zur Voelker-* Penroſe.

und

und Länderkunde (1781) T. I. p. 143 - 186. - Auctor, chirurgi munere in expeditione iſta fun ctus, ſedulo notavit, quae memorabilia ſibi vi fuerint, cum in itinere ipſo, tum in Maluinis inſuli Hiſtoriae naturali quoque operam navavit: qu vero in negotio multum ſuperatus eſt a magn Forſtero, qui in annotationibus egregia e pen ſuo ſuppeditavit.

prengel. MATTHIAE CHRISTIANI SPRENGEL *Geſchichte der Falklands-Inſeln;* in *Teutſchem Muſeu* a. 1776. T. I. p. 351 - 370. Emendatius et cu tius in eiusdem collectione modo laudata: *Beiträge* etc. p. 119 - 142. — Optimis ſubſidiis i ſtructus, Sprengelius ſuccincte narravit fata, qua inſulae iſtae ab eo inde tempore, quo Europae innotuerunt, ſubiere.

CAPV

CAPVT LV.

SCRIPTORES DE REBUS AMERICAE ECCLESIASTICIS.

Licet in hac bibliotheca hiſtorica ſcriptores de rebus eccleſiaſticis ſive religioſis data opera non enumerentur, utpote qui in bibliotheca ſingulari recenſendi ſint: tamen hoc in loco, ubi de ſcriptoribus rerum Americanarum ſermo, non prorſus tacendi, quia iidem multa memoriae mandarunt, quibus hiſtoricus rerum civilium egere minime poteſt. Nominandi ſaltem ſequentes:

Primum locum merito occupat immortalis Americanorum patronus, BARTHOLOMAEUS DE LAS CASAS ſive CASAUS, Hiſpalenſis natu. Qui, teſte Nic. Antonio (in Bibl. Hiſp. T. I. p. 149.) dicitur primum in famulatu Chriſtophori Columbi, puer admodum a. 1493 in novum orbem Americanum veniſſe, cum magnus hic expeditionis clariſſimae dux iterum eo delatus eſſet. Certum quippe alias eſt, Antonium, Bartholomaei parentem, in Columbi tunc comitatu fuiſſe; inde reverſus a. 1498 ſimul cum genitore, Hiſpali ſacrorum canonum ſtudiis collocatis adoleſcentiae annis, ad Chriſtianiſmum propagandum una cum aliis ſacerdotibus iterum ad Indos ſ. Americanos ſe contulit. In Hiſpaniola inſula aliquot per annos reſtitit, ſacerdosque ordinatus fuit, acceptis in clientelam, ut moris eſt, incolis Zaguaramae, oppidi Cubae inſulae. Cui tamen renunciavit, conſcientia deterritus, concipiensque iam animo id propoſitum, quod uſque ad ultimum vitae ſpiritum conſtantiſſime proſecutus fuit, Indorum libertatem quovis modo iuvandi; quam iſta et aliis non innocentibus dominandi artibus a domitore

mitore populo ſaeve obrutam vehementiſſime dolebat. Id primum egit in Hiſpaniam delatus circa annum 1515. Fruſtrante tamen ei ſucceſſum Ferdinandi Catholici regis per id tempus obitu, deinde aliis pluribus difficultatibus in Hiſpania atque ipſa America negotium, quod perviciaciſſime continuabat, retardantibus, pertaeſus tandem ſaeculi, Dominicanos inter Hiſpaniolae inſulae ſodales religioſi ſtatus ſacramento ſe obſtrinxit. Quo ſchemate indutus, Hiſpaniam rurſus viſitavit, quo tempore in ditionem Hiſpanicam Peruanae gentes primum redigebantur; veritus, ne impotenter iniuſteque a popularibus ſuis Indi illi tractarentur, provinciam ac coenobium ſuum, indeque Mexicum cogitavit. In eius et Guatemalae urbium coenobiis codici ſacro ac theologiae magnam dedit operam. Guatemalenſem antiſtitem iuvit eximie; cuius auſpiciis denuo iterum ad Carolum Caeſarem deſtinato exarſit quidem totus animus et antiquum pietatis votum, ad indigenarum percrebeſcentes per illum orbem calamitates quotidie magis magisque commotae. Tempore hoc in aliis terrarum oris Carolus peregrinabatur. Sed eo ſe in Hiſpaniam poſt triennium conferente, nil tardavit induſtrius vir atque impiger, quin dominatus impotentiam, ſaevitiam morum, praecipitisque avaritiae pernicioſiſſimos ubique inſultus gentis Hiſpanae, Indorumque miſerrimam ac plus quam ſervilem conditionem ſupplicibus libellis coramque in Caeſaris animum infunderet. Qui ad indignitatem rei permotus, praeſtantibus multis divini atque humani iuris doctrina viris in Valliſoletum convocatis, rem ſerio examinandam totiusque expeditionis Indicae diſquirenda iura commiſit. Quo in conſeſſu, adverſantes ei partes gerente *Joanne Geneſio Sepulveda*, Cordubenſi, Theo-

logo

ɔ ac Caeſareo Chronographo, non ſolum per-
it, ſed et pervicit tandem, plene ut in liberta-
ı Indi aſſererentur, ſanctiſſimisque legibus in-
nero illi populo, iuſte in ditione habendo, in
terum caveretur. Ab eo tempore, ad S. Gre-
ium ordinis ſui Valliſoletanum Collegium ma-
is, plura excogitavit, ſcripſit et ſuppeditavit re-
adminiſtris pro huius arduae rei perfectione
ribus conſulentibus aures praebuit; vereque
um legum, quae a. 1543 pro recte Indorum
niniſtrando imperio ſancitae ſunt, veluti auctor
ıeri debet. Jam poſt inſignia tot facta ſuae do-
nae ſingularisque virtutis ſpecimina, Praeſul
Chiapenſis creari permitteret, poſtquam recu-
ſſet, Cuſco, urbi Peruani regni, Epiſcopus
i, vix rei neceſſitate ac domeſticorum precibus,
ırari potuit, Hoc per aliquot annos admini-
to munere, necdum videns ſe voti compotem,
ıtulit ſeſe ultimum in Hiſpaniam. Quo perve-
ns Epiſcopatum ſuum bona ſummi pontificis
mani gratia quam primum renunciavit, conten-
que nuncupatione dignitatis ab a. 1551, aut
iter, uſque ad a. 1566, aetatis ſuae XCII,
ɔ Madriti obiit, egregiis virtutum exemplis fa-
m iam olim collectam ſuſtentavit. Sequentia
ıs ſcripta omnia ad eundem ſcopum directa
runt.

*Breviſſima Relacion de la deſtruycion de las In-
s occidentales per los Caſtellanos.*

*La Diſputa y controverſia entre el Obiſpo y el
ctor Gines de Sepulveda, ſobre que el Doctor con-
dia, que las conquiſtas de las Indias contra los In-
s eran licitas, y el Obiſpo por el contrario defendiò,
firmò aver ſido, y ſer impoſible, no ſer ilicitas, ty-
nicas, injuſtas, y iniquas; la qual queſtion ſe venti-
y diſputò en preſencia de muchos Letrados, Teolo-*

 gos,

gos, y Juriſtos en una congregacion, que mandò ſu Mageſtad juntar el año de 1542 *en Valladolid.*

Las replicas que el Obiſpo hizo contra las ſoluciones de las doce objeĉtiones que el Doĉtor Sepulveda hizo contra el ſumario de ſu Apologia.

Treinta Propoſiciones muy juridicas, en las quales ſumaria, y ſuccintamente ſe tocan muchas coſas pertenecientes al derecho, que la Igleſia y los Principes Chriſtianos tienen, ò pueden tener ſobre los Infieles de qualquier eſpecie, que ſean: majormente ſe aſſigna el verdadero, y fortiſſimo fundamento, en que ſe aſienta, y eſtriba el titulo, y ſeñorio ſupremo, y univerſal que los Reyes de Caſtilla, y Leon tienen al Orbe, que llamamos Occidentales Indias, por el qual ſon conſtituidos univerſales Señores y Emperadores en ellas ſobre muchos Reyes. Apuntanſe tanbien otras concernientes al hecho acaecido en aquel Orbe notabiliſſimas y ſabidas etc.

Tratado, que el Obiſpo compuſo por comiſſion del Conſejo Real de las Indias ſobre la materia de los Indios, que ſe han hecho en ellas eſclavos; el qual contiene muchas razones y autoridades juridicas, que pueden aprochevar a los leĉtores para determinar muchas, y diverſas queſtiones dudoſas en materia de reſtitucion.

Entre los Remedios, que el Obiſpo refiriò por mandado del Rey en los ajuntamientos que mandò hazer ſu Mageſtad de Prelados y Letrados y perſonas graves en Valladolid el año de 1542, *para reformacion de las Indias, el oĉtavo en orden es el ſiguiente, donde ſe aſignan veinte razones por las quales prueba no deberſe dar los Indios a los Eſpañoles en encomienda, ni en feudo, ni en vaſallage, ni de otra manera alguna, ſi ſu Mageſtad, como deſea, quiere librar los de la tirania y perdicion, que padecen* etc.

Aviſos para los Confeſſores de las Indias.

Tra-

Tratudo comprobatorio del Imperio Soberano y ncipado univerſal, que los Reyes de Caſtilla y Leon :n ſobre las Indias.

Omnia haec edita ſunt *Hiſpali* anno 1552 in 4. ae editio princeps atque perrara repetita fuit *cinonae* 1646 in 4. hac epigraphe: *Las Obras Bartholome de las Caſas, Obiſpo de Chiapa, que ienen* etc.

Argumentum per ſe memorabile, a Caſao tilatum, ortum dedit pluribus verſionibus libri lias linguas. Prodiit nimirum primo

Francogallice a *Jacobo Miggrode* ſive *Migrodde*, :verp. 1579. 8. Pariſ. 1582. 8. ibid. 1635. rd. 1642. 8. Alia verſio Gallica tribuitur *Bel-rdio*, haud ſatis apte inſcripta: *Relation des décou-rs et des voyages des Eſpagnols dans les Indes oc-ntales, traduite de l'Eſpagnol de D.* Barthélemi as Caſas. *à Paris* 1697. 12. Recuſa *Amſterd.* 8. 12. Adiecta eſt huic editioni: *Relation cu-ſe des Voyages du Sieur* de Montauban, *Capi-e des Flibuſtiers, en Guinée l'an* 1695.

Latine hac epigraphe: Narratio regionum In-irum per Hiſpanos quosdam devaſtatarum ve-ma: prius quidem per Epiſcopum *Bartholo-um Caſaum*, natione Hiſpanum, Hiſpanice con-pta; et anno 1552 Hiſpali, Hiſpanice, Anno o hoc 1598 Latine excuſſa, *Francofurti*, ſum-s *Theodori de Bry*, et *Joannis Saurii* typis. no M. D. XCVIII. 4. Cum figg. *Joh. Theodo-* et *Joh. Iſraël*, fratres *de Bry* in epiſtola dedica-a ad Fridericum IV, Electorem et Comitem itinum: „Miſſum, aiunt, atque exhibitum eſt ndem nobis — ab ipſo *auctore et tranſlatore emplar manuſcriptum.*" Addunt, ſe plurimum icitatos ac rogatos fuiſſe, ut opus figuris et ico-us ornarent et illuſtrarent, quibus ſuperiores

 editio-

editiones caruerint, et ſine quibus hoc opus *dammodo* imperfectum eſſe videatur. Eas au huic editioni ſe adieciſſe diligenter et artifi elaboratas, et *ad vivum effictas*, ut ex earum templatione quivis tantum non in rem praeſe adduci queat. Repetita haec editio verſionis tinae princeps ac perrara *Oppenheimii*, ſumt *J. F. de Bry*, typis *Hieron. Galleri* 1614. 4. (figuris iisdem, ſed paullum obtuſis. Haec e aeque rara, ac tertia, quae prodiit *Heidelb* typis *Guil. Walteri* 1664. 4. Cum figg. valde tritis. Reſecta etiam eſt in hac editione epi dedicatoria, praefatio, et Caſai ſummaria ac logus, quae prioribus addita erant, quorum praefatio ad lectorem exilis praefixa. — Hae tiones verſionis Latinae non omnes partes libellos, quos habet archetypum Hiſpanum, runt, ſed ſolummodo primum et ultimum, epitome reliquorum.

Theotiſce e verſione Francogallica hac inſ ptione: *Newe Wahrhafftige anzeigung der Hy nier grewlichen, abſchewlichen, und unmenſchlic Tyranney, von ihnen in den Indianiſchen Lände ſo gegen Nidergang der Sonnen gelegen, und newe Welt genennet wird, begangen. Erſtlich Ca lianiſch durch Biſchoff* Bartholomeum de las Ca *oder* Caſaus, *gebornen Hiſpaniern, Prediger dens, beſchrieben, und im J.* 1552 *in der Köni chen Statt Hiſpalis oder Sevilia in Spanien gedr Hernacher in die Frantzöſiſche Sprach durch Jac von Miggrode den* 17 *Provincien des Niderlands Warnung und Beyſpiel gebracht: Jetzt aber erſt Hochteutſche durch einen Liebhaber des Vaterl umb ebenmäſſiger Urſachen willen übergeſetzt. Jahr* 1597. 4. Editio altera etiam ſine loci n tione prodiit 1665. 4. Cum figg. Adiecta

1

verſioni fragmentum epiſtolae, ab anonymo
in ere verſus Americam ſcriptae.
Italice hac epigraphe: *Iſtoria della Diſtruttione*
Indie occidentali di Monſig. Reverendiſs. Don
olomeo dalle Caſe, *conforme al ſuo vero origi-*
Spagnuolo con la tradutione in Italiano di Fran-
Berſabita. *In Venetia* 1626. 4. *ibid.* 1630. 4.
1 643. 4. Titulus huius editionis verum pro-
ictorem, antea pſeudonymum; ita enim ſe
t: *Iſtoria ò breviſſima Relatione della deſtruttione*
Indie Occidentali di — Bart. Caſe, ò Caſaus,
iano dell' Ordine de Predicatori et Veſcouo di
a. Conforme al ſuo vero Originale Spagnuolo
tampato in Siuiglia. Tradotta in Italiano dall
Il. Sig. Giacom Caſtellani, *già ſotto nome di*
ceſco Berſabita. Al Molt. Ill[re] *et E*[mo]. *Sign*[re]
Colmo. il Sig. Nicolo Perſico. — Opus dua-
columnis diſtinctum, quarum altera ac inte-
exhibet deſcriptionem Hiſpanam charactere
mano, altera Italica typo Italico. Haec verſio
mam tantum et ultimam partem archetypi Hi-
ni continet. Typographus Venetus, qui has
ſionis Italae editiones excudit, tres reliquas ope-
partes quoque Italice reddi curavit, praefixis
ulis diverſis. Primo igitur prodiit: *La Libertà*
teſa dal ſupplice Schiavo Indiano di — Bart. dal-
Caſe *etc.* *Conforme al ſuo vero Originale Spa-*
uolo, già ſtampata in Siuiglia. Tradotto in Italia-
per opera di Marco Ginammi — *In Venetia,*
ſſo Marco Ginammi 1640. 4. Hoc libello
nslata eſt archetypi pars a p. 158 uſque ad 209.
juebatur: *Conquiſta dell' Indie Occidentali di* —
dalle Caſe — *In Venet.* 1644. 4. Hac con-
etur archetypi pars a p. 61 uſque ad 121. In
efatione typographus profitetur, ſe non ipſum
harum verſionum auctorem. Textus arche-

 typi

typi etiam additus. Denique prodiit: *Il Supplice Schiaro Indiano di* — B. della Caſe —. *Conforme al ſuo vero Originale Spagnuolo già ſtampato in Siuiglia. Tradotto in Italiano per opera di* Marco Ginammi. — *In Venetia* 1657. 4. Hic libellus refert archetypum a p. 122 usque ad 157. Raro hi quatuor libelli Italici uno in loco conſpiciuntur, quia nunquam iunctim in lucem prodierunt. Archetypum habet quaedam a p. 51 - 60, Italice haud translata.

Anglice Relatio ſ. operis pars prima exſtat in *Purchaſii* Collectione itiner. Vol. IV. p. 1567 ſqq. Singulatim *Lond.* 1689. 4. *ibid.* 1693. 8.

Exſtat praeterea liber, vel in Germania noſtra rarus, licet ter typis exſcriptus fuerit, hoc titulo inſignitus: BARTHOLOMAEI DE LAS CASAS erudita et elegans explicatio quaeſtionis, utrum reges vel principes iure aliquo vel titulo, et ſalva conſcientia, cives ac ſubditos a regia corona alienare, et ulterius domini particularis ditioni ſubiicere poſſint: antehac nunquam ab ullo doctorum ita luculenter tractata. Cura *Wolfg. Griesſtetteri.* Francof. 1571. 4. Editore *Jacobo Kyllingero.* Tubingae 1625. 4. — Jenae 1678. 4.

Cf. CLEMENT T. VI. p. 343 - 353.

Defendere ſive excuſare, quid? quod negare Hiſpanorum crudelitatem erga Americanos contra *Caſaum* et recentiores ſcriptores, *Robertſonum* et *Raynalium* conati ſunt nuper duo Hiſpani, JO-
Nuix. HANNES NUIX et PETRUS VARELA Y ULLOA. Ille quidem defenſionem lingua Itala compoſuit: hic vero eandem Hiſpanice reddidit et annotationes, quibus iſtius ſententias confirmaret, adiecit. Liber vero ita eſt inſcriptus: *Reflexiones imparciales ſobre la humanidad de los Eſpañoles en las Indias*

contra

contra los pretendidos Filoſofos y Politicos; para illuſtrar las Hiſtorias de M M. Raynal y Robertſon.

PETRI DU JARRIC (Jeſuitae, Profeſſoris philoſophiae et theologiae moralis Burdigalenſis † 1616) *Hiſtoire des choſes mémorables avenues tant és Indes orientales etc.* V. ſupra Vol. II. P. II. p. 34. du Jarric

AUGUSTINI DAVILA Y PADILLA *Hiſtoria de la Provincia de Sant Jago de Mexico* etc. V. ſupra Vol. III. P. I. p. 335 ſqq. Davila y Padilla.

PETRUS DE HORTICOSA (*Jeſuita Hiſpanus, et quidem primus, qui Mexicum venerat, ubi et theologiam docuit et orationes ſacras habuit* † 1626) de concilii Mexicani decretis, ſeſſionibus et canonibus. *Mexici* 1627. fol. de Horticoſa.

THOMAE MORTON *New Canaan* etc. V. ſupra Vol. III. P. I. p. 377. Morton.

LUDOVICI BETANCURT Y FIGUEROA *Derecho de las Igleſias Metropolitanas de las Indias.* Madrid 1637. 4. Betancurt y Figueroa.

ANTONII RUIZ DE MONTOYA (Limenſis, Jeſuitae, miſſionarii in Paraguajana provincia, et non unius Collegii Rectoris) *Hiſtoria de la Conquiſta eſpiritual hecha por los Religioſos de la Compañia de Jeſus en las Provincias de la Paraguay, Uraguay, Parana y Tape.* Madrid 1639. 4. Ruiz de Montoya.

ANDREAE PEREZ DE RIBAS (Cordubenſis, Presbyteri Societatis Jeſu, Novae Hiſpaniae Americanorum Jeſuiticae Provinciae Rectoris) *Hiſtoria de los Triunfos de nueſtra ſanta Fé, conſeguidos por los ſoldados de la milicia de la Compañia de Jeſus en las miſſiones de la Provincia de la Nueva Eſpaña.* Madrid 1645. fol. Perez de Ribas.

AEGIDII GONZALEZ D'AVILA (rerum Indicarum Chronographi † 1658) *Teatro eccleſiaſtico* D'avila.

de la primitiva igleſia de las Indias Occidentales, vidas de ſus Arcobiſpos, Obiſpos, y coſas memorables de ſus ſedes. Tomo I. Madrid 1649. Tomo II. ibid. 1656. fol. Tomus prior ſpectat ad Americam ſeptentrionalem, alter ad meridionalem.

Eliot. JOHANNIS ELIOT (theologi Anglici, propagandae religionis Chriſtianae ſtudioſiſſimi) *Chriſtian* common wealth, or the riſing kingdom of Jeſus Chriſt: glorious manifeſtation of the Goſpel's progreſs amongſt the Indians of New England. Lond. 1652. 4. Continuatio prodiit hoc titulo: *Further Narrative of the Goſpel, by Mr.* ELIOT *and Mr.* MAYHEW. ibid. . . .

Memorial préſenté au Roi d'Eſpagne pour la defenſe de Dom Bernardino de Cardenas, Evêque de Paraguay, contre les Religieux de la Compagnie de Jeſus, et pour repondre aux memoriaux préſentés à ſusdite Majeſté, par le P. de Pedraça, Procureur des Jeſuites aux Indes; traduit de l'Eſpagnol. . . . 1662. . . .

Lima etc. Lima, limata conciliis, conſtitutionibus ſynodalibus et aliis monumentis, quibus Toribius Alfonſus, Archiepiſcopus, provinciam Limenſem ſeu Peruanum imperium elimavit. Ex Hiſpanico Latine a FRANCISCO HARALDO, additis notis et apparatu hiſtorico de ſitu, detectione, partibus et qualitatibus Indiae occidentalis, praeſertim Peruviae et urbis ac provinciae Limenſis. *Romae* 1673 fol.

Haraldus.

Blanco. MATTHIAE RUIZ BLANCO *Converſion de Pirutu de Indios Cumanagotos y otros.* Madrid 1690. 12.

Mather. COTTON MATHER Magnalia Dei Americana etc. *Lond.* 1702. fol. Agit auctor de con-

onſtitutione eccleſiaſtica in Nova Anglia, non ne credulitate nec ſine partium ſtudio.

SAM. URLSPERGER *Americaniſches Ackerwerk Gottes etc.* V. ſupra Vol. III. P. I. p. 393 ſqq. Urlſperger.

FRANCISCI VICTORIA Relationes theologicaé de Indis et de iure belli contra eos. Matriti 1765. 4. Victoria.

Concilios Provinciales Primero y Segundo, celebrados en la muy noble y muy leal Ciudad de Mexico en los Años 1555 et 1565. Mexico 1769 fol. Concilios etc.

Concilium Mexicanum Provinciale tertium, celebratum Mexici Anno 1585. Mexici 1770. fol.

CAPVT LVI.

SCRIPTORES DE ORIGINE GENTIUM AMERICANARUM.

Garzia. GREGORII GARZIA (ordinis Praedicatoru ex domo Beacienſis urbis, in Occidenta Indiae utraque plaga, quae ad ſeptentrionem, quae ad meridiem eſt, plures annos peregrina *Origen de los Indios del Nuevo Mondo, e Indias o cidentales.* Valencia 1607. 8. Editio ſecun multo auctior, hac epigraphe: *Origen de los I dios del Nuevo Mondo e Indias occidentales, au guado con diſcurſo de opiniones etc. tratan ſe en e libro varias coſas y puntos curioſos, tocantes a diu ſas ciencias, y facultades, conque ſe varia hiſtoria mucho guſto para el ingenio y entendimiento de homb agudos y curioſos. Segunda impreſion emendada añadida de algunas opiniones, o coſas notables, mayor prueba de lo que contiene, con tres tablas* e Madrid 1729. fol.

Grotius. HUGONIS GROTII de origine gentiu Americanarum diſſertatio. *Amſtelod.* 1642. *Pariſ.* 1642. 8.

de Laet. JOHANNIS DE LAET, Antverpiani, Nota ad diſſertationem Hugonis Grotii de origine ge tium Americanarum et obſervationes aliquot meliorem indaginem difficillimae huius quaeſtio nis. *Amſtelod.* 1643. 8. Pariſ. 1643. 8.

Grotius. HUG. GROTIUS de origine gentium Ame canarum diſſertatio altera adverſus obtrectatore opaca bonum quem facit barba. *Pariſ.* 1643.

de Laet. JOH. DE LAET Reſponſio ad diſſertation ſecundam Hugonis Grotii de origine gent. Ame *Amſtelod.* 1644. 8.

Poiſſon. JOHANNIS BAPTISTAE POISSONIS Ani adverſio ad ea, quae H. Grotius et Joh. Lae

tiu

us de origine gentium Peruvianarum et Mexicanarum ſcripſerunt; ſive Prodromus commentarii ı decimum octavum caput Eſaiae. *Pariſ.* 1644. 8.

Hugo Grotius in ſuis libellis affirmare et comrobare ſtudet, indigenas Americae ſeptentriona- ex Norvegia ortos ac per Groenlandiam in mericam veniſſe: Jucatenſes vero et vicinos ex ethiopia; Peruvianos ex Sina. Lahetius et oiſſon Grotium confutare aliasque ſententias ſtailire niſi ſunt. Vani hercle! irritique conatus iorum aliorumque virorum in re, ubi omnia monimenta hiſtorica nos deficiunt!

ROBERTUS COMTAEUS de origine gentium mericanarum. Amſtelod. 1644. 8. Scriptor ic nobis ignotus Americanos a Karthaginienſius derivat. Comtaeus.

GEORGII HORNII de originibus Americais Libri IV. *Hagae Comitis* 1652. 8. *Hemipoli* (Helmſtadii) 1669. 12. — Hornius diverſas de hoc argumento opiniones ac ſomnia congeſſit, ſuaque addidit. Horn.

THEOPHILI SPIZELII Elevatio relationis Montezinianae de repertis in America tribubus Iſraël, et diſcuſſio argumentorum *Menaſſe, Ben Iſraël,* pro origine gentium Americanarum Iſraëlitica. Baſil. 1661. 8. Cf. *Basnage* in *Hiſt. des Juifs* T. VII. p. 65 - 93 (ex edit. a. 1716.) Spizel.

ABRAHAMI MYLII ſ. MILII (*Belga - Dorbraceni, Hiſtorici et Poëtae*) de origine animalium et migratione populorum. Genevae 1667. 12. *Theotiſce* a *Joh. Chriſtoph. Bitterkraut*, Salisburgi 1670. 12. — Auctor inquirit in quaeſtionem, quo modo homines et animalia in Americam et in oceani auſtralis inſulas pervenerint? Homines facile ex Aſia in Americam et inde ex huius parte meridionali in inſulas transmittit. Difficilius van der Myle.

lius illi negotium eſt cum animalibus, Ameri propriis. Tandem eo ſententiae eius redeunt, ſtatuat, eadem ab initio rerum ibi orta ſeu cre fuiſſe, diluviumque, de quo Moſeh tradit, Ai ricam minime tetigiſſe.

Lafiteau. JOH. FRANC. LAFITEAU in operis] ſu America, quod Vol. III. P. I. p. 242 ſqq. rec ſuimus, capite primo copioſe etiam argument iſtud diſcutit. Probare vult, gentes America originem traxiſſe ex iisdem populis, qui Graeci inſulasque adiacentes coluerint: nemo ve quantum ſcimus, hanc opinionem amplexus

Diſſertation etc. *Diſſertation upon the peopling of America;* hiſtoria univerſali ab Anglis elaborata, et quid ſecundum editionem, quae *Londini* 1748 in prodiit, T. XX. L. IV. cap. 33. *Theotiſc Sammlung von Erläuterungsſchriften zur allgemei Welthiſtorie* T. IV. p. 274ᵇ - 316ᵇ. — Recenſe tur omnes coniecturae ſuper argumento iſto cogitatae. Additur refutatio acris opinio Whiſtonianae, per ſe futilis, ſecundum qu Americani omnes poſteri Caini et Lamechi e debeant *). Vero ſimile eſſe, contendit auct anonymus, Americam ſaeculis ſerioribus inco accepiſſe; e Sinis non adeo multos eodem p veniſſe, plures vero Britannos, Cambricos atq Normannos; traditiones Americanorum ſimil eſſe hiſtoriae Moſaicae etc. *Baumgartenius* not criticas adiecit.

Lohenſchiold. OTTONIS CHRISTI. DE LOHENSCHIOL *Prof. Hiſtor. Tubing.* D. de modo probabili quo primae in Americam ſeptentrionalem imm grationes ſunt factae. *Tubingae* 1754. 4.

Co

*) V. WHISTONI *Diſſ. upon the curſes denounced agai Cain and Lamech before the flood; proving that t Africains and Indians are their poſterity.* Lond. 1725.

Contendit auctor, Americam ſeptentrionalem a Groenlandis aliisque populis priſcis, qui regiones Europae ſeptentrionales inhabitarunt, incolas accepiſſe, antequam Odinus cum gente ſua ibi adveniſſet. Negat contra, ex Aſiae partibus ſeptentrionalibus immigrationem factam, nationemque, nomine *Eſquimaux* inſignitam, antiquiſſimam Americae gentem eſſe.

Eſſai ſur cette queſtion: Quand, et comment l'Amerique a-t-elle été peuplée d'hommes et d'animaux? par E. B. D. E. (h. e ENGEL, *Bailli de Echalent*). à Amſterd. 1767. V Voll. in 12 ſ. I Vol. in 4. — Permulta huic operi inſunt, quae ad rem propoſitam non pertinent. Auctor coniicit, ante diluvium Moſaicum terram minore aquarum copia, quam hodie, obductam, hominum numerum ideo quoque maiorem fuiſſe; ambo hemiſphaeria non tam longo intervallo diſſita; Aſiam in primis terris auſtralibus propiorem; tranſitum igitur ex vetere in novum terrarum orbem faciliorem fuiſſe. Perſuaſum ſe habet, inſulam veterum Atlanticam inter Africam et Americam locum habuiſſe; hoc igitur vehiculo ambo hemiſphaeria ſibi propiora fuiſſe. Americam probabiliter antiquiſſimis iam temporibus homines habuiſſe. Hanc terrae partem magis e regione Aſiae meridionali, quam ſeptentrionali, homines accepiſſe. Animalia ibidem inde ab orbe terrarum condito vixiſſe. Diluvium Moſaicum minime fuiſſe univerſale. Cum Whiſtoni ſomniis auctor multum dimicat. Agit porro copioſe de antiquitate codicis veteris teſtamenti, de verſione eius Samaritana, de Samaritarum chronologia, de verſione ſeptuaginta interpretum etc. Deinde de originibus populorum antiquiſſimorum, Aegyptiorum, Indorum, Sinarum, Engel (Samuel.)

Scy-

Scytharum, Celtarum. Veſtigia linguae Th
tiſcae ubique fere odoratur: Arabicam omni
antiquiſſimam putat.

Cf. (HALLER) in *Götting. gel. Anzeig.* a. 1
p. 825 - 830. a. 1767. p. 483 - 485.

Scherer. JOHANNIS BENEDICTI SCHERER (Arg
toratenſis) *Recherches hiſtoriques et geographiq
ſur le nouveau monde.* à Paris 1777. 8 mai.
Auctor potiſſimum diſquirit, qua ratione prol
bili America incolas acceperit. Demonſtrare ſ
det, e ſimilitudine morum et linguarum, in Ar
rica uſitatarum, cum iisdem, quibus vicini *Aſ*
populi utantur, elucere, Ruſſiam orientalem,
nam et Aſiam occidentalem Americae prin
dediſſe homines. Optat vero ut plura ſpeci
na linguarum Americanarum colligerentur et
lucem ederentur, ut eo certius inde derivi
iſta erui poſſet. Sedulo inter ſe comparat n
res Peruanorum ac Sinarum, ut et Americai
rum in genere atque Afrorum orientalium.
ſulam Atlantidem denotare Americam, fru
probare nititur. Quo modo et tempore Ar
rica homines primos acceperit, conſtitui quid
non poſſe auctor putat: perſuadere tamen
videtur, multos Tyrios et Karthaginienſes p
everſas ſedes patrias in Atlantidem transmigra
Certamen auctor iniit cum Pauvio ſuper cog
tione Aegyptiorum ac Sinarum. Exhibet i
mos Sinicos aeri inſculptos. Adiicit tabula
in qua linguas Scythicas, Tataricas, Tangutic
Sinicas, Mongolicas, aliasque inter ſe conſe
porro verſionem locorum e Platonis dialogis,
quibus mentio inſulae Atlantidis fit; ſpecim
pauca linguarum Americanarum; obſervatioı
ſuper longitudine peninſulae Kamtſchatkae;

q

que *Guil. Waltoni* tabulam geographicam, iter eius inde ab urbe Jakutzk ad Ochotzk repraeſentantem. — Fundamento huic libro eſt diſſertatio JOHANNIS EBERHARDI FISCHERI, olim ſocii Academiae Petropolitanae, mortui a. 1771, in qua *coniecturas de origine Americanorum* exhibuit. Inſerta eſt Kalendario hiſtorico Petropolitano a. 1771, atque collectioni egregiae, quae inſcribitur: (P. S. PALLAS) *Neue Nordiſche Beyträge* (1782) T. III. p. 289 - 322. Fiſcher.

Cf. BUESCHINGII *wöchentl. Nachrichten* a. 1778. p. 37 ſqq.

Götting. gel. Anzeig. a. 1778. *Zugabe* p. 465 - 470.

CAPVT

CAPVT LVII.

SCRIPTORES DE OCEANO INTER AMERICAM SEPTENTRIONALEM ET ASIAM ORIENTALEM, DE INSULIS IBI SITIS, ET DE EUROPAEORUM NAVIGATIONIBUS, QUIBUS TRANSVECTIONEM OCEANI ISTIUS AD AQUILONEM ET CAURUM TENTARUNT.

Burrough. *The Voyage of* STEVEN BURROUGH *toward the River of Ob intending the diſcovery of the Northeaſt paſſage, a.* 1556; in collectione itiner. Hakluytiana Vol. I. p. 274 - 283.

Johnſon. *Certaine notes, unperfectly written by* RICHARD JOHNSON, *ſeruant to Maſter* Richard Chancelour, *which was in the diſcouerie of Vaigatz and Noua Zembla, with* Steuen Burrowe *in the Serchthrift* 1556, *and afterwarde among the Samoeds whoſe deuiliſh rites hee deſcribeth;* ibid. p. 283 ſqq.

Frobiſher. MARTIN FROBISHER *three Voyages to the Northweſt* a. 1576 - 1578; ibid. Vol. III. - *Francogallice* hoc titulo: *La Navigation du Capitaine* MARTIN FROBISHER, *Anglois, ès régions de Weſt et de Nord-weſt en* 1577; *donnée au jour par* Nicolas Pithou, *imprimée* par Ant. Chuppin 1578. 8. Et in *Recueil de Voyages au Nord* T. [illegible] *Latine* a *Joh. Thoma Freigio, Noriberg.* 1580. [illegible] Denuo cum annotationibus et appendice e Muſeo Capeli edita. *Hamburg.* 1675. 4. *Italice* [illegible] *Joh. Laurent. Anania.* Neap. 1582. 8.

Davis. JOH. DAVIS *three Voyages for the diſcouerie of a Northweſt paſſage a.* 1585 - 1587; ibid.

Eiusdem *Traverſe - booke, containing all the principal obſervations, taken in his third Voyage to the Northweſt;* ibid.

Inqui-

Inquiſitio navigationis ſeptentrionalis, an et Inquiſitio navigat. etc.
›modo perfici poſſit detectio nova ad caurum
ıſitus ad terras Americanas, in Chinam atque
oniam; detectio quintae orbis terrarum partis,
nomen Auſtralis incognita; res ab Hiſpanis in
ia orientali geſtae. *Colon.* 1612. 8.

An Account of ſeveral late voyages and diſcoveries Account etc.
he South and North, towards the ſtreights of Ma-
an, the South-Sea, the vaſt tracts of land beyond
landia nova etc. Alſo towards Nova Zembla, Green-
l, Spitzberg, Goryland or Engroaland etc. by Sr.
HN NARBOROUGH, Capt. JASMIN TAS-
N, Capt. JOHN WOOD *and* FREDERICH
RTENS *of Hamburg. To which are annexed a*
ge introduction and ſupplement. Lond. 1694. 8.
odii diarium, cum eiusdem et *Martenſii* navigatio-
rerſus aquilonem exſtat etiam in *Recueil de Voya-*
au Nord T. II. Praefixa eſt *Woodii* diſſertatio,
transvectionem iſtam fieri poſſe probare ſtudet.

Account of the Countries adjoining to Hudſons- Account etc.
Lond. 1746. 8. Cf. Bibl. hiſt. Vol. III. P. I.
372.

HENRICI ELLIS *Voyage to Hudſonsbay* etc. Ellis.
nd. 1748. 8. Cf. Bibl. hiſt. Vol. III. P. II.
371 ſqq.

An Account of a Voyage for the Diſcovery of a Account etc.
rthweſt Paſſage by Hudſon's Streights to the We-
n and Southern Ocean of America etc. Lond.
19. 8. Cf. Bibl. hiſt. l. c. p. 372.

Iter, quod BARTHOLOMAEUS DE FONTE de Fonte.
E LA FUENTE, navarcha Hiſpanus, a. 1640
epiſſe fertur, ad viam e mari Atlantico verſus
rum indeque in mare pacificum inveniendum,*)
tem-

*) Cf. Collectio itiner. Prevotiana T. XVII. p. 160 ſqq. ſecundum verſ. Theot.

temporibus recentioribus litem movit, ut re vera ſuſceptum fuerit, an non. Qua occaſ diſputatum, numne fieri poſſit talis transv oceani iſtius. In lucem nimirum edidit ROI
'augondy. TUS DE VAUGONDY, iunior, geographus Galliarum: *Obſervations critiques ſur les nou decouvertes de l'Amiral de la Fuente, préſent. l'Academie Royale des Sciences le 26. Mai 175* Paris 1753. 12. In quo ſcripto relationem i ſub cenſuram vocat eamque eſſe ſuppoſititian
Buache. firmat. Alias in partes ivit PHILIPPUS BUAC Geographus regius, quippe qui authentiam tionis tueri niſus eſt libello ſic inſcripto: *Obj conſiderer ſur un Mémoire qu'il avoit appris qu' propoſoit de préſenter à l'Académie contre la Rel de l'Amiral de Fonte.* à Paris 1753. 12. F ſtatim rem peragere conatus eſt libello: *Conſi tions geographiques et phyſiques ſur les nouvell couvertes au Nord de la grande Mer, appellée v rement la Mer du Sud; avec des Cartes, qui y relatives* etc. à Paris 1753. 4. *) Quae obſe tiones ſpectant ad navigationes Ruſſorum et lorum in oceanum iſtum, quo ex Europa in poniam perveniri poſſe putat, atque ad diſquiſ nes auctoris popularium, *Vaugondy*, quem n
de l'Isle. diximus, et DE L'ISLE. Hic ſcilicet eodem tempore edidit: *Nouvelles Cartes des Decouvert l'Amiral de Fonte et autres Navigateurs Eſpag Portugais, Anglois, Hollandois, François et ſes, dans les Mers ſeptentrionales, avec leur ex tion.* à Paris 1753. 8. Idem edidit: *Lettre Officier de la Marine de Ruſſie à un Seigneur Cour de Ruſſie, concernant la Carte des découv au Nord de la Mer du Sud, et le Mémoire qui y*

*) Exſtant etiam in *Mémoires de l'Acad. des Sciences* 1754. (à Paris 1759. 4.) p. 1 ſqq.

explication. à Paris 1753. 8. Huic epiſtolae ppoſuit BUACHIUS: *Nouvelles obſervations concernt les derniéres connoiſſances venuës de Ruſſie, qui nfirment les vuës indiquées dans les Conſidérations ographiques etc. ſur le voiſinage de l'Amérique et de Aſie, ſeparées uniquement par un long détroit, et r la grande Presqu' Ile ſuppoſée; préſentée à l'Acamie des Sciences.* à Paris 1753. 12. Cf. *Engelii* oer mox commemorandus. Buache.

GERHARDI FRIDERICI MUELLER (ſaepe m a nobis laudati) *Nachrichten von Seereiſen und ur See gemachten Entdeckungen, die von Ruſzland ts längſt der Küſten des Eismeers und auf dem öſtlien Weltmeer gegen Japan und Amerika geſchehen nd;* in eiusd. *Sammlung Ruſſiſcher Geſchichte* (Peropoli 1758. 8.) Vol. III. p. 1 ſqq. *Anglice* ſine lülleri nomine, hac epigraphe: *Voyages from ſia to America for compleating the diſcoveries of e Northweſt coaſt of America — a Summary of the yages of the Ruſſians on the frozen Sea.* Lond. 761. 4. Interpres, *Thomas Jefferies*, praefixit raefationem, in qua, iter ex Europa per mare ptentrionale in Japoniam quidem fieri poſſe, oncedit, variis ex rationibus tamen idem diſſuaere ſtudet. Addidit quoque tres tabulas geograhicas, quarum prima, eademque Japanica, oſtent Aſiam ſeptentrionalem littoraque Americae eptentrionalis; ſecunda eſt charta Delilii de itinere 'ontii fabuloſo; tertia exhibet recentiores Francogallorum itinera a flumine Miſſiſippi verſus ſeptentrionem et a lacu ſuperiore occidentem verus. *Francogallice*, et quidem bene, addito alio pere Mülleriano, hoc indice: *Voyages et découertes faites par les Ruſſes le long des côtes de la Mer Glaciale et ſur l'Océan oriental, tant vers le Japon ue vers l'Amérique. On y a joint l'Hiſtoire du* Müller.

Fleuve Amur et des Pays adjacents depuis la Con des Ruſſes; avec la nouvelle Carte qui préſente ce convertes et le cours de l'Amur, dreſſée ſur des M res authentiques, publiée par l'Académie des Sc de Saint-Petersbourg et corrigée en dernier lieu. vrages traduites de l'Allemand de M. G. F. MUL *par C. G. F.* DUMAS. *à Amſterd.* 1766. II Vo 12. — Mullerus, hoc in argumento auctor ſicus, ante iam publicae luci expoſuerat tab geographicam maxime memorabilem, ſic i ptam: *Nouvelle Carte des découvertes faites pa vaiſſeaux Ruſſiens aux côtes inconnuës de l'Am ſeptentrionale avec les païs adjacents. Dreſſée ſ Mémoires authentiques de ceux, qui ont aſſiſté à c couvertes, et ſur d'autres connoiſſances, dont on raiſon dans un Mémoire ſeparé.* à St. Petersb 1758. Eandem mappam diſſertatione iſta, bis modo indicata, ampla, docta multaque exhibente, illuſtravit. Demonſtravit in p Ruſſos iam circa medium ſaeculi ſuperioris e ria circum promontorium aquilonium ad per lam Kamtſchatkam perveniſſe; Americam e am non cohaerere quidem, ſeiunctas vero ſ eſſe freto non adeo ſpatioſo: navigationem per mare glaciale in fretum hocce, olim ab A et Belgis tentatam, minime perfici poſſe. O Ruſſorum expeditiones nauticae in regione reales, praecipue duce Beringio, ſuſceptae, cura ſummoque ſtudio deſcribuntur, atque morabilia novaque ab iis obſervata liberalite ponuntur.

Cf. *Götting. gelehrte Anzeig.* a. 1758. p. 147 a. 1759. p. 1130-1136. a. 1763. p. 237-240. a. p. 588 ſqq.

orrubia. *Les Moſcovites dans la Californie; ou Di tion hiſtorico-geographique ſur le paſſage de l'a*

n

monde à l'Amérique ſeptentrionale, nouvellement découverte par les Ruſſes; et ſur celui par où les Nations de l'Aſie allerent autrefois peupler cette contrée. Par le R. P. TORRUBIA. . . . . 1760. . . . .

Cf. *Journal etranger* a. 1761. *Avril* p. 191 ſqq.

SAMUEL ENGEL *Mémoires et Obſervations geographiques et critiques ſur la ſituation des païs ſeptentrionaux de l'Aſie et de l'Amerique, auxquelles on a joint un Eſſay ſur la route aux Indes par le Nord.* à Lauſanne 1765. 4. Cum II tabb. geogr. Verſio *Theotiſca*, ab anonymo elaborata, ab auctore accurate reviſa, emendata multisque novis ſupplementis aucta prodiit *Mitaviae*, *Haſenpothii* et Lipſ. 1772. 4mai. Cum II tabb. geogr. — Deſcribamus librum e verſione Theotiſca, ob rationes modo memoratas archetypo praeferenda. Abſolvitur quatuor partibus. Prima verſatur circa Aſiae partes ſeptentrionales. Praemiſſis principiis quibusdam, ſequuntur excerpta e Gmelini ſenioris deſcriptione itineris Sibirici. Poſtea, obſervationes ſuper tabulis geographicis ab auctore delineatis atque huic libro ſubiunctis. Rationem reddit mutationum, ab ſe factarum et a chartis uſitatis diverſarum. Aſiam in tabulis iuſto latius extendi affirmat. Mülleri, modo memorati, animadverſiones in tabulas geographicas examinat. Excerpta dat ex itinerario, a Müllero exhibito, eoque fine ſcripto, ut ſitus terrae Jeſo, peninſulae Kamtſchattae etc. definiri poſſet. De terra Jeſo, cuius fines nondum conſtitui poſſunt, ſpeciatim diſſerit, ſententiasque Deguigneſii et Duhaldii de eadem accuratius excutit. Pars ſecunda agit de partibus Americae ſeptentrionalibus. Et primo quidem excitantur antiquiores de iisdem relationes. Narratio de ficto itinere Fontii, navarchae Hiſpani, Engel.

 de

de quo nos modo expoſuimus, ſub examen amplum atque ſeverum vocatur. Idem fit ratione ſimilis itineris, quod Fuca quidam a. 1592 per mare inter Americam et Aſiam feciſſe dicitur. Fidem contra itinerario Lahontani ſ. potius Gueudevillii, de quo ſupra Vol. III. P. I. p. 295 egimus, conciliare ſtudet. Sequuntur obſervationes et computationes ſuper regionibus Americae ſeptentrionalibus earumque ſitu. Californiam minime eſſe inſulam, ſed peninſulam, demonſtratur. Adiiciuntur nonnulla de pygmaeis, atque mutationes in tabulis geographicis ab auctore factae breviter repetuntur. Parte tertia idem multis rationibus docere conatur, fieri utique poſſe, ut naves per maria ſeptentrionalia penetrare queant. Parte quarta, eaque breviſſima, diſſerit de utilitate, quae e coloniis, in terris ſeptentrionalibus maris pacifici conditis, oriri poſſet.

Aliquot annis poſt idem Helvetus acutiſſimus et doctiſſimus edidit ſermone Theotiſco operis huius continuationem ſive volumen alterum, hac inſcriptione: *Herrn* SAMUEL ENGELS *neuer Verſuch über die Lage der nördlichen Gegenden von Aſia und Amerika, und den Verſuch eines Wegs durch die Nordſee nach Indien; nebſt denen Schriften, ſo Hr.* Daines Barrington *in London zu Behauptung dieſes herausgegeben.* Baſel 1777. 4 mai. Cum III tabb. geogr. Idem liber hoc titulo: *Nachrichten und Anmerkungen über die Lage der nördlichen Gegenden etc. Zweyter Theil.* Venditur etiam tanquam appendix itinerarii Phippſiani, de quo poſtea. — Hoc in volumine auctor acriter pugnat et ad nauſeam fere diſputat contra *G. F. Mullerum* qui plures Engelii ſententias et opiniones ſub examen vocaverat iisque contra dixerat, in *Büſchingii* ephemeridibus de libris geographicis et hiſtoricis.

cis. *) Simul aulam imperialem Petropolitanam accuſat occultationis relationum nauticarum, quibus omnis haec diſputatio veram accipere poſſet lucem. Omnem movet lapidem ad ſtabiliendam opinionem ſibi tam caram, mare nempe ſeptentrionale inde ex Europa usque ad extremam Novae Semlae partem, indeque usque ad fretum, quod interfluit Aſiam atque Americam, pernavigari poſſe, adeoque re vera pernavigatum iam fuiſſe. *Barringtonii* ſcripta, de quibus mox referemus, ſunt inſerta.

Cf. BUESCHINGII *wöchentliche Nachrichten* a. 1773. p. 295 - 303. a. 1777. p. 185 - 196. 201 - 206.

Allgemeine teutſche Bibl.. Anhang zu dem 25. bis 36. B. T. III. p. 1468 ſqq.

JOHANN CHRISTOPH ADELUNG (nunc Electori Saxoniae a conſiliis aulicis et bibliothecarii Elect. Dresdenſis) *Geſchichte der Schiffahrten und Verſuche, welche zur Entdeckung des Nordoeſtlichen Weges nach Japan und China von verſchiedenen Nationen unternommen worden. Zum Behufe der Erdbeſchreibung und Naturgeſchichte dieſer Gegenden entworfen.* Halle 1768. 4 mai. Cum XIX tabulis aeneis. — Pluribus libris, in hoc capite alibique a nobis indicatis, apte uſus eſt Adelungius in hoc opere componendo. Quae ab Europaeis in regionibus orbis noſtri terraquei ſeptentrionalibus, occaſione transvectionum verſus aquilonem tentatarum, viſa ſeu obſervata ſunt, ordine chronologico dextre expoſuit. Omne opus ſex libris abſolvitur. Primus ſiſtit lineas primas hiſtoriae navigationum in regionibus ſeptentrionalibus antiquioris uſque ad ſaeculum poſt Chr. nat. deci- Adelung.

*) v. eius *Woechentl. Nachricht.* a. 1773. p. 401 - 408. Cf. ibid. p. 409 ſqq. a. 1774. p. 33 ſqq.

mum ſextum. Secundus, Anglorum ſtudia circa viam propiorem in Indiam orientalem inveſtigandi. Quo in negotio auctor ipſe confitetur, ſe, deficientibus collectionibus Ramuſiana, Hakluytiana ac Purchaſiana, ſibi ipſi non ſatisfeciſſe. Eo copioſior eſt narratio de Belgarum ſtudiis circa eandem navigationem, libro tertio inſerta. Quartus continet relationes de plaga ſeptentrionali, quam Spitzbergam vocamus et de balaenarum captura. Exhibuit in eodem *Friderici Martenſii* itinerarium, bonae frugis plenum et rarum, mutatis nonnullis circa dictionem. Liber quintus complectitur navigationes e Japonia verſus ſeptentrionem a Luſitanis, Belgis et Anglis ſuſceptas; ubi praecipue itineraria *Martini Geritſen Vries* et *Henrici Cornelii Schaep* exhibentur. Libro ſexto leguntur narrationes de Ruſſorum navigationibus et obſervationibus in regionibus ſaepe dictis, ducibus *Mullero*, *Gmelino*, *Kraſcheninnikovio* etc. Hiſtoriae naturali promovendae Adelungius ſedulo proſpexit; cui etiam plures tabularum aenearum dicatae.

Swindrage. (THEODORI SWINDRAGE) *Great Probability of a Northweſt Paſſage: deduced from Obſervations on the Letter of Admiral de Fonte, who ſailed from the Callao of Lima on the Diſcovery of a Communication between the South Sea and the Atlantic Ocean; and to intercept the Navigators from Boſton in New-England, whom he met with then in Search of a Northweſt Paſſage; proving the authenticity of the Admiral's Letter, with three explanatory Maps.* London, *printed for Thomas Jefferys* 1768. 4. — Anglus, vel inſcriptione libri docente, maxime in eo eſt, ut fidem faciat narrationi Fontianae, paullo ante a nobis commemoratae. Quam ob cauſam Engelium, eandem reiicientem, confutare ſtudet: qui vero in additionibus, verſioni libri ſui Theotiſcae

;ae inſertis, *) Anglum acerbiſſime increpuit, ıuſque cenſorem libri Anglici Goettingenſem **) riter notavit. Ineſt etiam diarium navigii, a. 53 Philadelphia verſus terram Labrador miſſi, ɔra Vol. III. P. I. p. 373. a nobis laudatum, ubi ro editorem, ab aliis in errorem inducti, *Jeffe*-r, qui potius eſt libri redemtor, nominavimus.

Lettre de M. ROBERT DE VAUGONDY *au ſu*-*d'une Carte ſyſtematique des pays ſeptentrionaux de* *ſie et de l'Amérique.* à Paris 1768. 4 mai. — ıgelli hypotheſin et ſententiam auctor preſſo ſe- pede ſequitur: quoad nonnulla tamen in diver- s abit opiniones. Tabula adiecta geographica praeſentat littora Aſiae et Americae ſepten- ionalis. de Vaugondy.

Eiusdem *Mémoire ſur les pays de l'Aſie et de Amérique, ſitués au Nord de la Mer du Sud, accom*-*gné d'une Carte.* à Paris 1774. 4 mai. — Ulte- us auctor hac diſſertatione et tabula geographica ypotheſin Engelianam urget, omnesque relatio- es, coniecturas et opiniones antiquas recentio- esque de argumento iſto famoſo coniungere at- ue conciliare ſtudet. Aſiae angulum verſus ori- tem latiorem quidem reddit, quam Engelius: on vero eundem ita dilatat, ut alii: littus contra mericae occidentale orientem verſus retro quaſi acit. —

Cf. BUESCHINGII *wöchentl. Nachrichten* a. 1775. p. 77 ſqq.

Das von den Ruſſen in den Jahren 1765, 1766 *und* 1767 *entdeckte nordliche Inſelmeer zwiſchen Kamtſchatka und Nordamerika, beſchrieben vom Staats-rathe, Herrn* VON STAEHLIN; in Kalendario Pe- v. Staehlin

G 5 tro-

*) *Geogr. und krit. Nach.* etc. p. 141 ſqq.
**) *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1769. p. 530. ſqq.

tropolitano geographico a. 1774. Et ex eo
ſeparatim prodiit *Stuttgardiae* 1774. 8. — In
libello deſcribitur mare illud inter Aſiam et Am
cam, inſulis obſitum, a. 1768 Ruſſorum ſt
primo pernavigatum, obſervationibus recenti
bus, de quibus mox referemus, multo magi
exactius notum. Auctor ingentem iſtam inſi
rum multitudinem in tres quaſi ordines red
Inſulas, ſeptentrionem maxime ſpectantes, app
lat Anadyricas; medias Olutoricas; verſus me
diem ſitas, Aleuticas.

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1775. p. 310 ſqq.
Allgem. teutſche Bibl. T. XXXII. p. 183.

Barrington. DAINES BARRINGTON (vices praeſidis p
marii in Academia Scient. Londinenſi curan
Probability of reaching the Northpole diſcuſſed. Lo
1775. 4. Et in eiusdem *Miſcellanies.* ibid. 1781.
Theotiſce, cum *Engelii* annotationibus, in eiusd
libri ſupra deſcripti parte altera. — Antea i
Barringtonus ſocietati dictae praelegerat brevio
diſſertationem, lingua Anglica conſcriptam, qu
Guil. Dav. Büſching in patris ephemeridibus, ſ
piſſime a nobis laudatis, a. 1774. p. 406-4
Theotiſcam fecit. *) Ampliorem exhibuit auc
titulo modo adſcripto. Totus in eo eſt, ut con
Phippſium multis teſtimoniis comprobet, plu
naves olim iam longe ulterius verſus polum an
cum penetraſſe, quam navarcha iſte Anglus a. 17
Conſilia ſimul amici anonymi tradit, quibus ex
quendis votis eius reſponderi poſſet.

Cf. BUESCHING l. c. a. 1775. p. 89 ſqq. 291 ſqq
Götting. gel. Anzeig. a. 1776. *Zug.* p. 1 ſqq.

J.

*) Cf. ibid. p. 261 et 288.

J. N. BUACHE, *Geographe ordinaire du Roi* (Philippi fratris filii), *Mémoire ſur les païs de l'Aſie et de l'Amerique, ſitués au Nord de la Mer du Sud. Accompagné d'une Carte de comparaiſon des plans de M M.* Engel *et* de Vaugondy, *avec le plan des cartes modernes.* à Paris. 1775. 4 mai. — Modeſte auctor opiniones Engelii et Roberti de Vaugondy quoad ſitum anguli Aſiae verſus aquilonem angulique Americae iſti oppoſiti examinat dubiaque contra eaſdem profert. Defendit contra veritatem tabularum geographicarum recentiorum ratione dilatationis, quam regioni illi Aſiaticae tribuunt. Mulleri ſententiam et Ruſſorum obſervationes ratione ſitus peninſulae Kamtſchatkae amplectitur. Academia regia, cui diſſertationem auctor obtulerat, ſententiam de Kamtſchatka aſſenſu ſuo comprobavit. Tabula geographica ſiſtit regiones dictas triplici modo, nimirum ex ſententia Engelii, Vaugondii et Buachii. Buache.

Cf. BUESCHING l. c. a. 1775. p. 403 ſqq. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1776. *Zug.* p. 207 ſqq.

CONSTANTINI JOHANNIS PHIPPS (qui hodie *Lord* MULGRAVE audit) *Voyage towards the Northpole undertaken by his Majeſty's command* a. 1773. Lond. 1774. 4 mai. Cum XIV tabulis aen. elegantiſſimis. *Theotiſce*, cum *Engelii* additionibus et obſervationibus, *Bernae* 1777. 4 mai. Cum tabb. aen. — Iter, iuſſu regis Magnae Britanniae a duabus navibus ſuſceptum, hoc Phippſii diario fuſe exponitur. Penetrarunt uſque ad octogeſimum, et quod excurrit, gradum latitudinis: tranſvectionem vero iſtam nobiliſſimam minime perficere potuerunt. Engelius, qui ardore et ſcriptis ſuis ſuper hac re Anglos ad hanc expeditionem excitaverat, indigne tulit Phippſii navigationem; Phipps.

eadem addidit geographicis Marciani, Scylaci Artemidori Epheſii et Iſidori Characeni, Graece vulgavit *Aug. Vind.* 1600. 8. Recu in *Gronovii* Theſ. antiq. Graec. Vol. XI. J *Hudſon* eadem inſeruit et auxit fragmento monte Pelio Vol. II. geographiae veteris ſcr ptoribus Graecis minor. *Oxon.* 1703. 8. Prae miſſa eſt *Henrici Dodwelli* Diſſ. de Dicaearch eiusque fragmentis.

Cf. HAGERI *geogr. Bücherſaal* T. I. p. 616. T. I p. 426 ſqq.

Pauſanias. PAUSANIAS, Caeſareenſis Cappadox, Her dis Attici, qui ſub Hadriano et Antonino Pi magnum nomen habuit inter ſophiſtas, diſcipu lus, declamatorem egit non ſolum Athenis, ſe etiam Romae, ubi ſenex deceſſit. Exſtat hui ſcriptoris minus quidem facundum, ſed eruditu opus, τῆς Ἑλλάδος περιήγησις, in qua libris de cem Attica, Corinthiaca, Argolica, Laconica, Meſſenica, Eliaca, Achaica, Arcadica, Boeotica et Phocica deſcripſit. Quibus et ſitum urbium ac locorum, et antiquitates Graecanicas, et quic quid paene memorabile Graecia habuit, magna philologiae et hiſtoriae ſtudioſorum bono com plexus eſt. Plura ipſe, itinere per Graeciam, Macedoniam, Italiam, magnamque Aſiae parten inſtituto, oculis uſurpavit. Singularem curam impendit operibus et monimentis ſummorum artificum enumerandis et deſcribendis. Fabulas quidem narrationibus ſuis admiſcuit; quae vero ſcriptorum veterum interpretationi egregie inſer viunt. Quae idem de Phoenicia ac Syria litteri mandaverat, perierunt. Optima editio hucusque eſt, quam *Joach. Kuhnius* Graece et Latine, cum Amaſaei verſione, curavit, *Lipſ.* 1696. fol. Me lio

lior utique optanda. Verſio *Gedoyni Francogallica*, de qua v. Acta Erud. a. 1733. p. 102 - 110, obſervationibus inſtructa eſt. Et interpres *Theotiſcus*, *Joh. Euſtachius Goldhagen* verſioni ſuae (*Berol. et Lipſ.* 1766. II Voll. in 8.) notulas adiecit. Alias editiones et verſiones ob cauſſam Vol. I. P. I. p. 53. **) allatam tacemus.

SECTIO II.

Scriptores de geographia Graeciae antiquae recentiores.

NICOLAI GERBELII (*Pforzheimenſis*, *ICti*, *Hiſtorici et Philologi Argentoratenſis* † 1560) in deſcriptionem Graeciae (*Nicolai*, ſecundum alios *Michaëlis*) Sophiani, praefatio: in qua docetur, quem fructum, quamque voluptatem allatura ſit haec pictura ſtudioſis, ſi diligenter eam cum hiſtoricorum, poetarum, geographorumque ſcriptis contulerint. Eiusdem de ſitu, nominibus et regionibus Graeciae perbrevis in picturam Sophiani introductio. Item celebrium aliquot urbium deſcriptiones. Eiusdem Gerbelii canon, quomodo et in quot partes picturae huius longitudo partienda ſit. Item compoſitio virgae, qua picturae latitudo definitur; et in quot ſectiones ſeu ſpatia eadem virga ſit dividenda. Praeterea nonnulla exempla de uſu huius virgae, quibus exercitati iuvenes diſcent tandem ſine virga et baculo in pictura peregrinari, Regionum, montium, fluviorum, inſularum, urbium, locorumque omnium in pictura nominatorum index. *Baſileae.* In fine legitur: *Ex officina Joan. Oporini an. ſal. hom. MDXLV menſe ſeptembri.* In folio, cum figg. ligno inciſis. Recuſus eſt liber magis ob raritatem, quam praeſtantiam, in *Gronovii* Theſ. antiquit. Graec. Gerbel.

T. IV. — Sophianus, Corcyranus, circa finem ſaeculi XV inclaruit, ſuamque Graeciae veteris delineationem in octo tabulis geographicis Romae a. 1480 in lucem emiſit. In eandem Gerbelius hunc commentarium conſcripſit, cuius contenta epigraphe ampla ſatis docet.

Cf. (BAUMGARTENII) *Nachrichten von einer Hall. Bibl.* T. II. p. 304 ſqq.

Emmius. Vetus Graecia, illuſtrata ſtudio et opera UBBONIS EMMII, *Friſii, Hiſtoriarum et Graecae linguae Profeſſoris in Academia Groningana ſenio fatiſcentis* († 9 *Dec.* 1625). Opus diſtinctum in tomos tres, quorum I Deſcriptionem habet Regionum a Graecis habitatarum, cum adiunctis Inſulis; II complectitur res geſtas Graecorum; III repraeſentat Statum ac Formam praecipuarum eius gentis Rerumpublicarum: itemque Iudicium Amphyctyonicum et ſolemnes ludos, ſtatis temporibus apud Graecos recurrentes. *Lugd. Bat.* ex Officina *Bonaventurae* et *Abrahami Elzevir.* Acad. Typograph. 1626. 8. Opus rarum *Gronovius* recudi curavit *cum additamentis auctoris antehac ineditis et locis ſuis inſertis, ac ſubiectis notulis,* in Theſ. Antiq. Graec. T. IV. p. 85 ſqq. Tomus tertius, ſeparatim repetitus, ineſt collectioni rerumpublicarum Elzevirianarum, hoc titulo: *Graecorum Respublicae ab* UBBONE EMMIO *deſcriptae.* Lugd. Bat. 1632. 16. ibid. 1644. 16. — Emmius hoc opus elegans paullo ante obitum abſolverat atque bibliopolis tradiderat: ſed, morte abreptus, ipſe typis expreſſum haud vidit. Filius eius, *Weſſelus Emmius*, editioni praefuit, eamque dicavit *Abelo Coenders van Helpen*, Conſuli reip. Groninganae. Qua in dedicatione argumentum trium tomorum hiſce tradit verbis: „Eorum primus, velut εἰσαγωγὴ in

in reliquum opus, continet accuratam deſcriptionem chorographicam regionum et inſularum a Graecis quondam habitatarum. Secundus hiſtoriam eiusdem gentis, ſive perpetuam ſeriem rerum geſtarum maxime memorabilium, et in primis, quo tempore, quo modo Graecorum libertas coeperit, adoleverit, pene illabis ſteterit, oppugnata defenſaque fortiter ſit, vitia traxerit, in ſe verſa ſuisque viribus quaſſata ac labefactata tandem conciderit, ex Herodoto, Thucydide, Xenophonte, Diodoro Siculo, aliisque contextam recitat. Tertius vero dem diverſos Rerumpublicarum ſtatus, quibus diverſi populi ac civitates in Graecia uſae ſunt, quaeque deinceps earundem fortuna fuerit, repraeſentat.“ Plenam profecto ac puram rerum publicarum Graeciae notitiam ex hoc opere capere licet, quia auctor omnia fere ex fontibus hauſit limpidis.

Cf. *Hamburg. Bibl. hiſt.* Cent. VII. p. 292 ſqq. Cent. IX. p. 193.
FREYTAGII Apparat. litter. T. III. p. 281 ſqq.
CLEMENT T. VIII. p. 34 ſqq.
Das gelehrte Oſt-Friesland T. II. p. 198 ſqq.

JOH. LAUREMBERGII (*Roſtochienſis, Mathematici et Philologi Sorani* † 1659) Graeciae antiquae enarratio, tabulis geographicis (peſſimis) exornata et edita (*poſt obitum demum auctoris*) a SAM. PUFFENDORFIO. *Amſtelod.* 1660. 4. Cum figg. *ibid.* 1661. 8. Cum tabb. geogr. Et in *Gronovii* Theſ. Antiq. Graec. T. IV. p. 10 ſqq. *Francogallice*, Amſterd. 1677. fol. — Opuſculum, quo hodie facillime carere poſſumus. Paullo maioris aeſtimandum ſequens: Lauremberg.

JACOBI PALMERII A GRENTEMESNIL Graeciae antiquae deſcriptio. *Lugd. Bat.* 1678. 4. — Poſt auctoris mortem prodiit, quippe qui a. 1670 ſupremum diem obiit. Palmerius a Grentemesnil.

CAPVT III.

SCRIPTORES DE HISTORIA GRAECA ANTIQUA GENERALES.

Dodwell. HENRICI DODWELLI Praelectio, quam nupera ſit, quamque imperfecta antiquiſſima Graecorum hiſtoria; *in* eiusdem *Praelect. acad.* (Oxon. 1692. 8.) p. 1-31. — Nimius in dubitando agere videtur Anglus doctiſſimus, dum hiſtoriam Graecam ante Darii Hyſtaſpidae tempora ulla fide dignam eſſe neget.

Pagi. *Abbé* PAGI *Diſcours ſur l'hiſtoire Grecque;* praemiſſ. eius *Hiſtoire de Cyrus* Pariſ. 1736. 8.) p. 1-50.

* * *

Thucydides. THUCYDIDES, Athenienſis, Olori ſ. Orolli filius, qui tempore belli Peloponneſiaci floruit, ad ſcribendum excitatus fuit, cum Herodotum libros ſuos recitantem audiſſet. Poſt praeturam ad Amphipolin male geſtam, patria annos viginti exſulavit, et Scapteſulam, Thraciae civitatem, ſe contulit; unde uxorem duxerat valde locupletem; et magnam opum partem in colligendo ad componendam de bello Peloponneſiaco hiſtoriam apparatu conſumſit. Nam ut a ducibus utriusque partis, et Athenienſibus et Lacedaemoniis, rerum veritatem acciperet, nullis pepercit largitionibus. In patriam demum revocatus eſt: at num Athenis an in Thracia vita defunctus ſit, haud liquet. Compoſuit hiſtoriam belli iſtius: non tamen, ut omne exponat bellum, quod annos duravit XXVII, ſed ut annorum XX priorum hiſtoriam referat. Eam igitur hiſtoriam libris octo eſt complexus, ut nunc quidem id opus dividitur; nam teſte Marcellino, olim a nonnullis in libros XIII, atque ab aliis aliter, diſtribui ſolebat. Libro primo Thucydides vete-

veteris Graeciae ſtatum, ab Argonautarum temporibus usque ad bellu Troianum, repetit; magnitudinemque Peloponneſiaci cum ante actis bellis conferens, eiusque cauſſas et occaſiones exponens, annorum quinquaginta, qui inter Xerxis fugam et huius belli initium interceſſere, hiſtoriam praemittit. Tum demum libro ſecundo bellum ipſum narrare aggreditur, eius initii tempus primo limine deſignans, ordinemque totius operis exponens; nec non quae fuerint primae belli faces, et a quibus pugna primum inita, oſtendit. Inde ſequitur regis Laconici ad ſuos hortatio; Periclea auctoritatis et eloquentiae praedicatio; horrendae peſtis Atticae deſcriptio, in qua vis ingenii et eloquentiae Thucydideae maxime effulget. Poſt haec Phormionis, Athenienſium ducis, praeſtantiam, victoriasque navales celebrat. Tum Potideae deditionem, Plateaenſium obſidionem, Thracum denique adverſus Perdiccam Macedonem caſſam expeditionem commemorat. Atque ita trium primorum annorum hiſtoriam exhibet. Libro tertio trium ſequentium annorum res geſtae continentur. Mitylenaeorum ſcilicet ac reliquorum Lesbiorum ad Lacedaemonios defectio; quibus in poteſtatem denuo ab Athenienſibus redactis, illuſtris admodum de eorum ſupplicio habetur deliberatio. Pachetis, Attici ducis, crudelitas notatur. Urbs Plataea capta et ſolo aequata. Corcyraeorum ſeditio deſcripta; belli Siculi ſemina; Demoſthenis adverſus Ambraciotas magis proſpera. Libro quarto Pylus communita, obſeſſa, defenſa; et optimates Spartani ibidem victi et capti leguntur. Res a Braſida, inſigni Lacedaemoniorum duce, feliciter in Thracia geſtae narrantur; atque haec trium etiam annorum hiſtoriam conficiunt. Quintus inde liber ſeptem fere annorum res geſtas compre-

hendit; nimirum Braſidae, ducis Spartani, et Cleonis Attici proelium ad Amphipolin, Thraciae urbem; ubi interiere ambo, poenasque turbarum ſuarum meritas pertulere. Tum varia utrinque foedera, infirma omnia et inconſtantia. Meliorum ſtolidam et amentem pertinaciam, cuius denique triſtis narratur eventus. Libro ſexto auctor primo Siciliae antiquae deſcriptionem hiſtoriasque nonnullas veteres repetit. Tum cauſſas ſimultas belli Siculi et deliberationes circa illud proponit, diſſuadente Nicia, Alcibiade vero incitante. Poſt portenta nonnulla, quae expeditionem Siculam anteceſſere, memorat. Denique Alcibiadis ad Lacedaemonios defectionem et res nonnullas in Sicilia geſtas poſt Atticae claſſis appulſum recenſet, quae anno decimo ſeptimo huius belli acciderunt. Libro ſeptimo Micaleſſus, Boeotiae civitas, capitur a Thracibus, qui ibidem immaniter ſaevierunt. Inde bellum Siculum perſequitur auctor, quod quidem Athenienſibus infeliciter ceſſit, eosque ingenti clade multavit, ducibus Demoſthene et Nicia captis, atque invito Gylippo, cui ſeſe dediderant, interfectis. Haec anno decimo octavo et nono belli Peloponneſiaci geſta ſunt. Libro denique octavo, poſt cladem Athenis nunciatam, ſequitur defectio foederatorum Athenienſium ad Lacedaemonios hoſtes; foedus etiam inter Perſici regis Satrapas et Spartanos. Poſthaec Democratia Athenienſium mutatur in ſtatum quadraginta virorum, qui paullo poſt iterum diſſolvitur. Alcibiades ad claſſem Atticam revocatur. Poſtremo claſſem Laconicam et ducem Mindarum Thraſybulus ac Thraſylus Athenienſes, poſt dubium certamen ad Abydum, vicerunt. Atque haec victoria contigit anno ſecundo Olymp. 92, anno

huius

huius belli viceſimo-primo, tempore aeſtivo, quo deſinit Thucydidis hiſtoria.

Multum fidei, ſi quis alius, hiſtoricus hic meretur. Nam et egregium veritatis ſtudium in eo elucet, et illa ſcripſit, quibus interfuit. Neque eo minus defuerunt, quibus fides eius ſuſpecta foret. Res geſtas narrat graviter et probe; in concionibus diſertus quidem eſt, ſed quodammodo brevis et obſcurus. Nobiliſſimus eſt locus Ciceronis in ſecundo de Oratore libro cap. 13: *Poſt Herodotum Thucydides omnes dicendi artifices, mea ſententia facile vicit, quia ita eſt creber rerum frequentia, ut verborum prope numerum ſententiarum numero conſequatur; ita porro verbis eſt aptus et preſſus, ut neſcias, utrum res oratione, an verba ſententiis, illuſtrentur.* Idem in Oratore eum cum Herodoto comparat, atque hunc dicit ſedati inſtar amnis labi: Thucydidem vero incitatiorem ferri et de bellicis rebus canere etiam quodammodo bellicum. *Quinctilianus* quoque eosdem comparat L. X. cap. 1. *Denſus*, inquit, *et brevis, et ſemper inſtans ſibi Thucydides; dulcis et candidus, et fuſus Herodotus: ille concitatis, hic remiſſis affectibus melior: ille concionibus, hic ſermonibus: ille vi, hic voluptate.* De Thucydidis obſcuritate *Cicero* in Bruto fatetur, ubi eum reponit inter ſcriptores, qui grandes erant verbis, crebri ſententiis, compreſſione rerum breves, et ob eam ipſam cauſſam interdum ſubobſcuri. Quae vero hactenus de Thucydidis ſtilo retulimus, ea praecipue intelligi debent de ſeptem prioribus libris. Octavus enim plane tenui dictione utitur, cum in prioribus longe magis aſſurgat. Quapropter aliqui putarunt, eum a filia Thucydidis ſcriptum eſſe, vel a Xenophonte, aut Theopompo, vel alio. Quorum ſententiam in vita eius

reiicit Marcellinus, ac potius cenſet, fuiſſe ſcriptum a Thucydide iam aegrotante.

Optimae ſunt editiones, quae Graece et Latine, ex interpretatione *Laurentii Vallae*, ab *Henrico Stephano* recognita prodiit *Pariſ.* 1588. fol. recuſa apud Waechelios *Francof. ad Moen.* 1599. fol. Splendida *Oxonienſis*, ab *Hudſono* curata, 1696 fol. et quae curis *Joſephi Waſſe* et *Caroli Andreae Dukeri* Amſtelod. 1731. fol. prodiit. Critici multa deſiderant in hac editione, quae tamen repetita eſt *Glasgov.* 1759. VIII Voll. in 8.

Inter verſiones eminent *Latina* a *Georgio Acacio Enenckel, Lib. Barone Hoheneccio* elaborata, *Tübingae* 1596. 8.; atque *Theotiſca Joh. Davidis Heilmanni* (Lemgov. 1760 8 mai.) opus plane eximium, quorum ſimilia Germania noſtra perpauca habet. Notas etiam adiecit interpres intelligentiſſimus.

E libris et libellis, qui Thucydidi illuſtrando inſerviunt indicare lubet ſequentes:

Chytraeus. DAV. CHYTRAEI Chronologia hiſtoriae Herodoti et Thucydidis. *Helmſt.* 1586. 4. — Prodiit hic liber primo *Wittebergae* 1513. in 8. hoc titulo: *De lectione hiſtoriarum recte inſtituenda*, deinde auctius *Roſtochii* 1573. in 8. 1578. mutato titulo recuſus. Tandem Helmſtadienſis iſta, titulum Roſtochionae gerens, plenior ſecuta editio eſt.

Dodwell. HEN. DODWELLI Annales Thucydidei et Xenophontei. Praemittitur apparatus, cum vitae Thucydidis ſynopſi chronologica. *Oxon.* 1702. 4. Acceſſerunt etiam editioni Thucydidis Dukerianae.

Grammius. JOH. GRAMMII Caſtigationes et ſcholia in Thucydidis libros. *Hafniae* 1721. 1722. 8.

Abreſch. FRIDERICI LUD. ABRESCHII Dilucidationes Thucydideae. *Traiecti ad Rhen.* 1753. 1755. II Partes in 8. Auctarium harum dilucidationum exſtat

xſtat in *eiusdem* Animadverſionibus ad Aeſchym (*Zwollae* 1763. 8.) p. 213 ſqq.

CAROLI LUD. BAUERI Diſſ. de lectione Thucydis, optima interpretandi diſciplina. *Lipſ.* 1753. 4. Bauer.

JOH. DAV. HEILMANN *Kritiſche Gedanken n dem Charakter und der Schreibart des Thucydir.* Lemgo (1758.) 4. — Auctor doctiſſimus btilem, acutum et a partium ſtudio alienum iudim in hoc libello agit. Paſſim Thucydidem deidit contra *Dionyſium Halicarnaſſenſem*, qui nimis riter et interdum ſiniſtre eum reprehendit. Heilmann.

Parallele de Thucydide et de Machiavel; in Journ l etranger a. 1757. Jan. p. 220 ſqq.

Cf. WHEARII Recitationes hyemales etc. (*Tubing.* 1715. 8.) p. 48 ſq.

Nova Acta Erud. a. 1732. p. 1 - 11.

Götting. gel. Anzeig. a. 1758. p. 805 ſqq. a. 1759. p. 1201 - 1207.

Briefe, die neueſte Litteratur betreffend. P. III. p. 193 - 204.

* * *

XENOPHON, Athenienſis, continuavit, quae hucydides de Graecorum rebus ſcripſerat, in is *de rebus Graecorum libris VII*, quos Ἑλληνικὰ ſcripſit. Nam cum Thucydides libro extremo urret, ut Alcibiades reditum moliretur: Xenoion in primo, ut redierit, refert, et quae porro nt conſecuta. Quaedam etiam Medo - Perſica ſce libris interſerit; nimirum quomodo Medi a ario, rege Perſarum, defecerint, ſeque denuo us imperio ſubmiſerint; quomodo Cyrus minor, arii filius, ad patrem, valetudine laborantem, in ſiam ſuperiorem abierit, datis in uſum belli con- a Athenienſes Lyſandro pecuniis. Quomodo inde vivendi finem fecerit Darius Nothus, reique ſucceſſionem Artaxerxes Mnemon, eius ius maior, conſecutus ſit. Extremo demum li- Xenophon.

 bro

bro ſecundo triginta tyranni, qui per bienniu Athenis graſſati eſſent, a Thraſybulo ſublati ſunt Pax etiam atque iniuriarum oblivio inter Athe nienſes iureiurando ſancita. Ita bello Peloponn ſiaco finis impoſitus. A libro tertio rerum cu Perſicarum tum Graecarum narrationes lucule ter continuantur, usque ad pugnam Mantinenſem qua Thebani, duce Epaminonda, Lacedaemo nios vicerunt. Xenophon opere hocce hiſtoriam quadraginta et octo annorum complexus eſt. Ac cuſatur Xenophon, quod in hoc Ἑλληνικῶν opere non ſemel in annis belli Peloponneſiaci aberra. Sed eum accurate tuetur *Samuel Petitus* L. I ob ſervationum cap. XII; multoque maiore ſtudi *Dodwellus* in libro modo laudato. Dictio, ut i omnibus Xenophonteis, lenis, facilis, ſuavis, qu lem, ut omnes hiſtorici, qui ſcripta ſua ab om bus volunt legi atque intelligi, ſectarentur, op dum eſſet. Hiſtoria iſta Xenophontea ſaepe cu reliquis eius operibus in lucem edita eſt.

Diodorus Siculus. Xenophontem quaſi continuavit DIODORU SICULUS ab extremo libri decimi quinti oper ſupra Vol. I. P. I. p. 54 ſqq. a nobis recenſi Ipſe enim in fine anni ſecundi Olympiadis CIV loquitur: *Hoc anno Xenophon Athenienſis Grae rum hiſtoriam cum Epaminondae interitu conclu* atque pergit uſque ad tempora Alexandri M. eiu que ſucceſſorum.

Gemiſtus ſ. Pletho. Sic etiam plura ſaecula poſt *Graecorum g poſt pugnam ad Mantineam* libris duobus explica GEORGIUS GEMISTUS ſive PLETHO, Con ſtantinopolitanus. Imperante Manuele Palaeolo go floruit, fama eruditionis, prudentiae moru que integritate non exigua conſpicuus. Platon cae philoſophiae ſtudioſiſſimus fuit, pluraque e ſcripta argumenti ſunt philoſophici. Opuſculu

hiſto

ſtoricum, de quo hic ſermo, maximam partem Diodoro Siculo et Plutarcho hauſtum, immo ad rbum fere deſcriptum, ſermonis facilitate, rerum rietate atque narrationum iucunditate ſe comndat. Seorſim primum id in lucem emiſit et tis illuſtravit *Henricus Godofredus Reichardus*, A. Scholae provincialis Grimmenſis collega ters, *Lipſ.* 1770. 8.

LEONIS ALLATII de Georgiis et eorum ſcriptis diatribe; in *Fabricii* Bibl. Graec. Vol. X. p. 739 ſqq.

LEONARDI (BRUNI) ARETINI Commentarum rerum Graecarum ad Angelum Acciajon, Equitem Florentinum, Liber. *Lugd.* 1539. 4. inde hac inſcriptione: Hiſtoria rerum geſtarum Graecia, ſuccincta interpretatione librorum Xephontis expoſita. Addita eſt Narratio praeuarum rerum temporis ſecuti praelium adntineam, uſque ad Alexandrum M. (edente ACH. CAMERARIO). *Lipſ.* 1546. 8. Et cum *idem* Hiſtoria Florent. *Argent.* 1610. fol. Et in *onovii* Theſ. Antiq. Graec. T. VI. p. 3387. — Inchoat Brunus — hoc enim eſt nomen is gentile - a temporibus Callicratidae, Lacedaeniorum praefecti; item Theramenis et Thrabuli, qui Athenienſium duces erant: finit in paminondae obitu. Ita, inquit in fine libelli, incipatus Graeciae ab Athenienſibus ad Lacemonios, rurſus ad Thebanos, mirabili fortue converſione devenit. (Brunus) Aretinus.

WOLFGANGI LATZII, *Medici et Hiſtorici ſarei*, Hiſtoricarum commemorationum rerum raecarum Libri duo. Conſecrati D. Ferdinando .Imp. M. et Maximiliano Bohemiae regi. In ibus tam Helladis quam Peloponneſi, quae in lucem Latz.

lucem antea non venerunt, explicantur. *V*
. 1558. fol. Cum figg. *Hanoviae* 1605. fol.
figg. Et in *Gronovii* Theſ. Antiq. Graec. [...]
p. 3418 - 3649. — Latzius narrat, ſe opus
ce, adiuvante *Milichio*, medico docto, intr[...]
tium ſesquiſemeſtre abſolviſſe. Quid praeſti[...]
ipſe his verbis innuit: „Etſi Graeciam illam
rentiſſ. Remp. longe doctiſſimus vir *Nicol.* [...]
lius, Phorcenſis, ſic ſatis ſuis illis ornatiſſimis [...]
mentariis complexus ſit, tamen ultra ſitum [...]
rum, civitatumque ac quorundam montium
umque deſcriptiones non eſt progeſſus. —
ſine arrogantia dictum ſit, praeter autorum c[...]
liationes, heroum Genealogias, ducum prae[...]
geſta, inſignia civitatum ac Rerump. coloni[...]
inde deductas, conſuetudines denique ac ri[...]
res cum laude geſtas cuiusque diligenti ex[...]
perſcrutati ſumus." Editio Viennenſis, a[...]
Latzio adornata, hodieque rara, Helladis pri[...]
deinde Peloponneſi numiſmata, quae in uni[...]
opere explicantur, item utriusque tractus ch[...]
graphiam, numorum averſis partibus inte[...]
tam, auctorisque non conſilio ſolum, ſed [...]
etiam — ob inſignem, ut ait, penuriam [...]
cum in Auſtria — deſcriptam, quatuor [...]
tabulis comprehenſa exhibet. In Hanovienſi
tem editione, aeque rara, numi omnes in ſua
que loca diſtributi ſunt. *Stollius* (in *Anmerk.*
über Heumanns Conſp. reip. litt. p. 249) ex
uno libro duos creavit.

Keckermann. BARTHOL. KECKERMANNI Diſſ. de [...]
publicis LX, Graecis praeſertim; inter *eius* Di[...]
tatt. polit. (*Hanoviae* 1622. 8.) p. 69-124.

Emmius. UBBONIS EMMII vetus Graecia, capite [...]
riore laudata.

[PE[...]

PETRI DE MARCASSUS (Profeſſoris eloqu. de Marcaſſus.
riſienſis † 1664) *Hiſtoire Grecque.* à Paris 1647.
4. — Compilatio, conſtans excerptis ex Hero-
to, Thucydide et Xenophonte.

ERASMI VINDINGII (*Profeſſoris linguae* Vinding.
aecae et Hiſtor. Hafnienſis ac Conſil. reg. † 1684.)
llen, in quo ſingulorum antiquae Graeciae po-
lorum incunabula, migrationes, coloniarum
ductiones et res praecipuae geſtae, urbium et
gionum origines, mutationes, interitus, et Prin-
um in iis ſucceſſiones, exponuntur. Ex MSto
ctoris autographo nunc primum eduntur; in
ronovii Theſ. antiq. Graec. T. XI. — Opus
n a. 1665. typographum exſpectaverat. Auctor
n ſolum ex fontibus hauſit, ſed etiam hauſta ſub
amen criticum vocavit.

THOMAE HIND (M. A. et Collegii Lincol- Hind.
nſis Socii in Academia Oxonienſi) *Hiſtory of*
reece. Vol. I. London 1707. 8. — Auctor,
m hiſtoriam Graeciae omnibus numeris abſolu-
n Anglico ſermone nondum exſtare videret,
c quae ab Ubbone Emmio aliisque de hoc ar-
mento perſcripta ſunt, argumentum ampliſſi-
um exhaurire exiſtimaret, operae pretium ſe fa-
urum arbitratus eſt, ſi rem a primis originibus
peteret. Volumen prius, quod, quantum ſci-
us, poſterius, quo auctor omnem Graeciae hi-
riam abſolvere voluerat, non ſecutum, hiſto-
m annorum 1660 complectitur, et bellum Pe-
ponneſiacum attingit, tribusque libris compre-
enditur. Primus enim mythica Graeciae tempo-
a et res inde ab origine regni Sicyonii usque ad
roiam expugnatam geſtas, quae intervallo non-
ntorum circiter annorum continentur, perſequi-
r. Liber II a capta Troia usque ad pugnam
arathoniam, quae ſeptingentis annis a Troiae
expu-

expugnatione diſtinguitur, decurrit. Liber I
tervallum ſexaginta annorum, inter pugnam
et bellum Peloponneſiacum interiectorum, e
rit. In introductione auctor concinnam et
mariam tractationem de originibus et primis
lis Graeciae eorumque moribus et inſtitutis
pit. Narratio rerum ex fontibus ita deduct
ut non minus perſpicuo dicendi genere, (
concinno ordine et rerum argumentis ſe com
det. In chronologia auctor calculum Jac. I
rii ſecutus, temporis rationes in margine exte
accurate deſignavit; fidem autem hiſtoriae an
rem fecit, laudatis in inferiore libri ora illis
ptoribus, quorum teſtimoniis ſua ſuperſtruxit.
praefatione extrema patet, hunc comment
viri cuiusdam eruditi et antiquitatum Gr
peritiſſimi examini ſubiectum fuiſſe, cuius
conſiliis ad hoc ſcriptionis genus excitatum
idoneis praeſidiis inſtructum fuiſſe, auctor
profitetur.

Cf. Act. Erud. Suppl. T. IV. p. 282 ſqq.

Abel. CASP. ABEL Sciagraphia priſcae hiſtoriae
cae. *Halberſt.* 1709. 4.

de Tourreil. JACOBI DE TOURREIL *Préface hiſ*
contenant un abregé de l'Hiſtoire de l'ancienne (
praefixa eiusdem verſioni Gallicae orationun
moſthenis Philippicarum; in eiusdem Opp. (
1721. 4.) T. I. p. 173-279. Gallus elegan
tes adiit hiſtoriamque Graeciae, velut in t
depinxit.

Steinhofer. JOH. ULRICI STEINHOFERI H
Graeciae liberae; praemiſſa *eiusdem* Graeciae
(*Tubing.* 1734. 8.) p. 1-69.

Abel. CASP. ABELS *Griechiſche Alterthümer*,
nen die Geſchichte dieſes vordem ſo weltberi

lks, und aller von demſelben geſtifteten Reiche, Reliquien, Städte und Colonien etc. vom erſten Anienn an bis auf die dem Römiſchen Reiche geſchehene iverleibung, aus den beſten Scribenten zuſammen ragen worden. Leipzig u. Gardelegen 1738. 39. II Voll. in 8. — Prius volumen comple:ur hiſtoriam Graecorum: poſterius eorum anitates ſic dictas.

TEMPLE STANYAN'S *Eſq. Grecian Hiſtory, m the Original of Greece, to the End of the Peloneſian War. Vol. I, containing the Space of about* 84. *Years.* Vol. II. *from the End of the Pelop. er to the Death of Philip of Macedon.* London 39. II Voll. in 8 mai. ibid. 1751. II Voll. in nai. *Francogallice* (a *Dionyſio Diderote*) Amſt. 44. III Voll. in 12 mai. — Prima huius opepars prima vice iam a. 1707 in lucem emiſſa t: vix vero extra Angliam innotuerat. Editio ni 1739 altera parte auctior, omnisque cultior odiit; omiſſae etiam imagines imperatorum et ilosophorum inutiles, quibus editio prima labo: Recentiores multo maiore plauſu fuere exptae. Non potuit non variis difficultatibus veri Stanyanus, cum, quo fundamenta, et quom auctoritate, primam Graeciae aetatem trade, ignoraret. Veteres ſane ſcriptores ipſos tanta certitudine laborantes deprehendit, ut pauci ab dem epocha hiſtoriam ſuam ordiantur. Repetit tur portentoſas iſtas narrationes, quae poëtam fabulis anſam dederunt, magnamque ipſi moliam crearunt, cum, quae fabula admiſcuerat, ſcis detrahere heroibus ſtuderet. Praeter ſcriores veteres, v. c. *Herodotum, Thucydidem, Xenhontem, Diodorum, Plutarchum, Cornelium Neem, Juſtinum*, quorum virtutes et vitia acute limat, recentiorum quoque volumina volutavit, Stanyan.

vit, et in illis potiſſimum C[illegible]i *Raleigh*, *lii*, *Jo. Marshami*, et *T*[illegible] In ordine porum conſtituendo partibus *Jac. Uſſerii* pl que ſtetit: in nova tamen editione *Iſaaci N* coniecturas conſuluit. De primo Olymp uſu Stanyanus dubitat, ſeriorem eundem a tus, cum, hiſtoricos veteres ſecundum Arc Athenienſium, Reges et Ephoros Spartan Arigvorumque ſacerdotes, numerare, im tum quidem, quando Olympicorum certa mentionem faciunt, Olympiades tanquam d nem allegare, deprehenderet: Quapropter ſere partibus accedit, qui, Polybium per Ol des primum tempus diſtribuiſſe, perhibent, que, quae Xenophonti inſerta eſt, Olymp memoriam interpolationem ſapere, con Quas hactenus tradidimus, antiquiores et ſae Graeciae periodi difficultates, ſequior imminutae quidem, nec tamen penitus ſ ſunt. Quodſi tot diverſae respublicae, c verſis earum commodis, moribus, imperi formis, conſiderandae et explicandae et eu pore hiſtoriarum connectendae ſunt; quis haec tenebris et ſcopulis carere? quibus mile eſt, quamplurimos a tela hac perficien ſtractos. Male autem eam tractarunt diſcip qui vel nullo ordine in pugillares retulerunt vel univerſalis hiſtoriae compendiis quaedam nologico quidem ordine obſervato, ſed reru ſtarum ſerie neglecta, inſeruerunt. Id in libris vituperandum, cum tritis nimis et iu bus iudiciis illum uti, Stanyanus recte putat caeterum operis dignitati detrahens, ſed cop rerum apparatum, idoneum auctorum del narrationis facilitatem, et raram, praecipue Gallos, ingenuitatem, miratus; qua quid

parte operam *Rollini* pariter ac *Potteri* antiquitates, profuiſſe ſibi in opere retexendo, profitetur; praetereaque hiſtoriam Epaminondae, ab Abbate *le la Tour* conſcriptam, laudat. Operi ipſi praemiſſa eſt de etymologia Graeciae et primis eius incolis introductio. Volumen *primum duobus libris* abſolvitur. *Prior* diverſorum regnorum conditionem a primordiis regni Sicyonii ad ultima usque dignitatis regiae veſtigia in urbe Athenarum illuſtrat. Agit autem caput I de regno Sicyonis; II de regno Argolidis et Mycenarum; III de regno et republica Lacedaemoniorum eiusque ad bella Meſſeniaca fatis. IV de regno et ariſtocratia Corinthiorum uſque ad interitum regiae dignitatis; V de regno Theſſalorum; VI de regno et republica Athenienſium, usque ad everſionem regiae auctoritatis. Liber *poſterior* res Graecorum ab abolitione regiae poteſtatis in urbe Athenarum uſque ad finem belli Peloponneſiaci, id eſt intra annos CV, geſtas, comprehendit, et quidem cap. I proximos XX annos poſt Hippiam eiectum ad pugnam Marathoniam; II annos X ab hac pugna ad diſceſſum Xerxis e Graecia; III annos X ad victoriam Cimonis prope Eurymedontem fluvium; IV annos XXXVIII ad exordium belli Peloponneſiaci; V annos X a principio huius belli ad inducias in annos L Athenienſes inter et Lacedaemonios pactas; VI annos XVII, uſque ad finem belli iſtius. *Alterum* volumen res memorabiles LXVIII annorum, adeoque vix partem viceſimam temporis, primo volumine deſcripti, complectitur, ſed, quod tempori deeſt, varietate eventuum et rerum copia ſupplet; ſiquidem ille annorum tractus, connumeratis XXVII annis, per quos in Peloponneſo pugnatum eſt, turbulentiſſimus Graecis exſtitit, et plenam libertatis iacturam con-

 cilia-

ciliavit. Auctoritatem et hic ſecutus eſt Stanyanus ſcriptorum fide digniſſimorum, e quibus ſimul quicquid de virtutibus aeque ac vitiis Graecorum dicendum erat, eruit, perinde nimiam regiae dignitatis inter Spartanos deminutionem, ac nocivum plebis inter Athenienſes imperium, vituperans. Totum volumen *duobus* conſtat *libris*, quorum *prior* res, a fine Peloponneſiaci belli ad pugnam prope Mantineam intra annos XLII geſtas, *poſterior* reliqua ad mortem Philippi, id eſt, annorum XXVI periodum, perſequitur. Repraeſentat autem Libri I caput I annos V ab exitu belli Peloponneſiaci, usque ad mortem Socratis; II annos XII a Socratis obitu ad pacem Antalcidae; III annos XVII ad pugnam Leuctricam; IV annos VIII ad Mantineenſe proelium. Lib. II. cap. I annos VII ad finem belli ſocialis; II annos X ad finem belli Phocici; III annos VIII ad pugnam Chaeroneenſem; IV annum unicum, ad mortem Philippi Macedonis. Etenim a temporibus ducum Alexandri usque ad ea tempora, quibus a Romanis victi et ſubiugati ſunt Graeci, pauci admodum armis et conſilio, nec plures artibus et doctrina, eminuerunt; immo, ſi famoſum excipias Achaeorum foedus, aut Agidis et Cleomenis pro Sparta ab uſurpationibus Ephororum liberanda conatus, nihil dignum commemoratione per Graeciam univerſam geſtum eſt. Narrationi illuſtrandae inſeruit tabula Graeciae antiquae geographica.

Cf. Ad Nova Acta Erud. Suppl. T. VII. p. 294-304

Menard. *Les Moeurs et les Uſages des Grecs*, *par* M. (LEON) MENARD, *Conſeiller au Préſidial de Niſmes etc.* à Lyon 1743. 12. — Opuſculum non doctis, ſed indoctis ſcriptum.

Abh

[redacted]

Abbé DE MABLY *Obſervations ſur l'hiſtoire de la Grèce, ou des cauſes de la proſpérité et des malheurs des Grècs.* à Geneve (ſ. potius Paris) 1749. 12. ibid. (nova elaboratione) 1766. 12 mai. à Zuric 1767. 8 mai. *Italice*, Venet. 1766. 8. *Polonice*, Varſov. 1772. 8. — Licet hic liber nihil habeat, quod ex interioribus litteris repetitum ſit, aut multum et diuturnum laborem ſpiret; non tamen eius lectio voluptate caret. Eſt enim illius auctor, quem ob rerum civilium peritiam non inviti diſputantem audivimus cuiusque eloquentia aliquoties valde placuit, ex eorum philoſophorum genere, qui hiſtoriam tanquam vitae magiſtram conſiderant, illiusque ſermones maxime populares et utiles reddant, cum eliciendis ex iis, quae illa facta eſſe narrat, bonis ſententiis, quibus animus delectetur et erudiatur, tum explicandis iisdem facunde et diſerte. Dedit vero illud in primis operam, ut cauſſas cum proſperitatis tum infortunii Graecorum indagaret: mores eorum pingeret et ingenia ſcrutaretur, quorum fuerunt tum quaedam partes cum in pace, tum in bello: cuncta ad prudentiae praecepta acute examinaret, atque haec omnia ad uſum vitae transferret. Opuſculum totum *quatuor* capita complectitur. In *primo* de moribus et imperii forma primorum Graecorum, de cauſſis, quae uno foedere totam Graeciam coniunxerint, de bello cum Xerxe, agitur. Tranſit auctor in cap. *ſecundo* ad aemulationem inter Athenienſes et Lacedaemonios, ad adminiſtrationem reip. a Cimone et Pericle ſuſceptam, ad bellum Peloponneſiacum, ad Spartae ruinam. In cap. *tertio* cauſſas explicat, cur poſt Athenarum et Spartae caſum non uno iterum foedere coniuncta fuerit Graecia; Macedoniae ſtatum explicat, et de Philippo et Alexandro M. diſputat. Cap. IV ſpectat ad foedus de Mably.

Achaicum, cuius origine et legibus expoſitis, auctor, quomodo factum ſit, ut respublica Romanorum Graecorum turbis ſe immiſceret, Graeciaque provincia fieret Romana, docet. Mores virorum Graeciae principum auctor ſollerter deſcripſit, eleganterque pictas illorum quaſi imagines ante oculos nobis poſuit. Nunquam vero felicius auctori res proceſſit, quam ubi Philippi Macedonis artes explicuit. Nec minus egregiae ſunt obſervationes, quibus cauſſae continentur, cur res hunc, nec alium, exitum habuerint, iudiciaque de legibus Graeciae et inſtitutis. Sub finem libri una quaſi tabula auctor et laudes Graeciae et fata complectitur. Quae dum ille enarrat, paullo altius ſurgit, elegantiſſimoque ſermone animos lectorum invitat, retinet, delectat, movet.

Cf. KLOTZII Acta litter. Vol. IV. p. 66-75. *Götting. gel. Anzeig.* a. 1767. p. 1017 ſqq.

Geſchichte etc.

Geſchichte von dem blühenden Griechenlande und den berühmteſten Griechen ſeit dem Troianiſchen bis auf den Peloponneſiſchen Krieg. Mit Erläuterungen, Anmerkungen, Landcharten und Kupferſtichen, und mit der Zeitbeſtimmung der vornehmſten Begebenheiten dieſer Geſchichte, nach Ordnung der Olympiaden begleitet; womit das merkwürdigſte, was dazumal bey dem Volke Gottes, bey den Chineſern ſowohl als bey den Römern vorgefallen iſt, in Vergleichung geſtellt worden. Von einer Geſellſchaft gelehrter Leute. Frankfurt u. Leipz. 1756. 4 mai. — Compilatio cruda, quae non a *Societate hominum doctorum*, ut titulus mentitur, ſed a *Societate tironum imperitorum et impudentium* profecta videtur. Multis teſtimoniis hoc comprobatur in *Götting. gel. Anzeig.* a. 1756. p. 884-891.

(PONS-

(PONS - AUGUSTIN ALLETZ, cauſſarum patroni Pariſienſis) *Abrégé de l'hiſtoire Grecque depuis les tems heroiques jusqu' à la reduction de la Grece en Province Romaine.* à Paris 1764. 8 mai. *Anglice*, cum additionibus et emendationibus variis, hac epigraphe: *A Hiſtory of Greece, from the earlieſt Times till it become a Roman Province; being for the greater Part a Tranſlation from a late French Work drawn up with Approbation of ſome of the principal members of the Univerſity of Paris.* Lond. 1769. 12. *Theotiſce* ab *Joh. Aug. Stark*, qui et annotationes adiecit, *Regiomont.* 1770. 8. (Eſt ſolum archetypi pars prior.) *Polonice*, Varſov. 1774. 8. — Liber, tironibus ſcriptus, quo in Germania noſtra lubenter caruiſſemus. Auctor eius ordinem ſecutus eſt, quem *Turſelinus*, paullo ante a nobis excitatus, delineavit, atque ſecundum hunc digeſſit epitomen ſuam ſat confuſam, e *Rollini* opere conſarcinatam. Alletz.

Cf. *Allgem. teutſche Bibl.* T. XV. p. 601 ſqq.

Vix memoratu dignus videtur libellus ſic inſcriptus: *Geſchichte von Griechenland, worin enthalten: Eine kurzgefaſzte Erdbeſchreibung dieſes Landes; eine hinlängliche Erzehlung von deſſen verſchiedenen Königreichen und Staaten; eine nähere Nachricht von der Religion, den Geſetzen, Feyerlichkeiten, Sitten und Gewohnheiten der Griechen; von einem ungenannten Verfaſſer zum Dienſt der Schulen in Engliſcher Sprache geſchrieben, nun aber zu gleichem Zweck, aus derſelben in die teutſche Sprache überſetzt, und mit einer Vorrede Seiner Hochwürden, des Hrn. Oberconſiſtorialraths* Rambach, *herausgegeben von* Carl Heinrich Theune, *dem Sohne.* Breslau 1769. 8. Geſchichte etc.

Cf. (MEUSEL) in *Betracht. über die neueſten hiſt. Schr.* T. I. p. 199 ſqq.

Jackſon. RICHARDI JACKSON, A. M. Litteratura Graeca, *containing* 1) *the Geography of antient Greece and its Islands.* 2) *the Hiſtory of the Greeks from the earlieſt Accounts to the preſent Time; with Memoirs of its greateſt Statesmen, Generals, Orators, Hiſtorians, Poets, and Artiſts.* 3) *Potter's Antiquities of Greece abridged, or a View of the civil Government, Religion, Laws and Cuſtoms of the antient Greeks, laid down in a conciſe and intelligible Manner. To which is prefixed an Eſſay on the Study of Greek Language; wherein the Doctrine of the Tenſes is conſidered and explained, the Utility and Energy of the Particles ſhewn, and many Things relating to Greek Learning.* Lond. 1769. 12. — Auctor ſcholis haud infeliciter ſcripſiſſe fertur.

Goldſmith. . . . . GOLDSMITH'S *Hiſtory of Greece* Lond. 1776. II Voll. in 8. *Theotiſce*, Lipſ. 1777 II Voll. in 8 mai. — Auctor huius operis nec fontes conſuluit, nec rationem religionis, indolis, doctrinaeque veterum Graecorum habuit, ſed recentiorum narrationes ſtilo facili repetiit, atque hiſtoriam civilem et bellicam ſolummodo usque ad mortem Alexandri M. tradidit.

Cf. *Allgem. teutſche Bibl. Anhang zum 24. bis 36ſten Band* P. VI. p. 3216 ſqq.

Robertſon. WILHELM ROBERTSONS *Geſchichte von Alt-Griechenland. Nach der zweyten Engliſchen Ausgabe überſetzt.* Leipz. 1779. 8 mai. *Belgice*, Ultraj. ad Rhen. 1780. 8. — De archetypo Anglico nil nobis innotuit. Hoc vero affirmare et probare poſſumus, auctorem minime eſſe hiſtoricum iſtum nobiliſſimum Edinburgenſem, cui debemus hiſtorias de Carolo V Imp., de America etc. Sed prorſus alium, eiusdem quidem pronominis ac cognominis, Edinburgi etiam viventem, re-

vera

vero vectigali praefectum. Uterque igitur nomine quidem ſimilis, ſed ratione narrandi plane diſſimilis. Quid? quod auctor hiſtoriae huius Graecae ne nomine quidem hiſtorici dignus! Nam nec fontes adiit, nec dictione, quae uſitatae antecellat, utitur, nec novi quid praebet in rebus geſtis diiudicandis: plagiariorum potius plebi ſe immiſcet, quippe qui e Stanyano et Rollino paginas integras ad verbum repetit, ſine ulla horum virorum mentione. Alienus eſt a vera indole hiſtoriae Graecae perſpicienda. Ne linguam quidem Graecam recte callere videtur, quia ſaepius vocabula Graeca vitioſe ſcripſit. Geographiae prorſus ignarum ſe praeſtitit. Caeterum hiſtoria deducitur in hoc opere usque ad interitum Graecae libertatis, a Romanis effectum. Addita ſub finem hiſtoria brevis Siciliae.

Cf. *Götting. gel. Anzeig.* a. 1779. p. 773-776.
Allgemeine teutſche Bibl. T. XLII. p. 139-143.
MEUSELII *Neueſte Litteratur der Geſchichtskunde* P. V. p. 245-260. Adde eiusd. *Hiſt. Litt.* a. 1782. Jun. p. 573.

COUSIN - DESPRÉAUX, *de l'Académie des Sciences, belles lettres et arts de Rouen etc. Hiſtoire générale et particulière de la Grece, contenant l'origine, le progrès et la décadence des loix, des ſciences, des arts, des lettres etc. Précédée d'une deſcription géographique, de diſſertations ſur la chronologie, les meſures, la mythologie etc. et terminée par le parallele des Grecs modernes.* à Rouen et à Paris 1780-1786. XIII Voll. in 12 mai. — Opus nondum ad finem perductum ſtilo facili, populari nimisque paſſim diffuſo compoſitum, cuius auctor fontes quidem hiſtoriae Graecae haud ſalutavit, qui vero ab aliis inde hauſta obſervataque probe intelle- Couſin-Deſpréaux.

 xit,

xit, digeſſit atque concoxit. Non modo hiſtoriam civilem ac bella narrat, verum etiam mores, leges, artes et diſciplinas. Tomo decimo tertio hiſtoria Graccorum perducitur usque ad obitum Alexandri M. Tribus vel quatuor tomis ſequentibus eadem continuabitur usque ad hiſtoriam Byzantinam, quam auctoris populares, *le Beau* et *Ameilhon*, ſingulari opere perſequuntur. Introductio, tomo primo praefixa, docet, quae indoles ſit hiſtoriae Graecae et quae ad cognitionem eius penitiorem requirantur. Sequitur deſcriptio Graeciae mere geographica, duce Danvillio, cum indice. Intruſa quoque geographia Thraciae, Bithyniae, Ponti totiusque Aſiae minoris, Italiae et Siciliae, quia coloniae Graecae has terras coluerint. Affert porro auctor, quae ad Graecorum chronologiam, menſuras, numos etc. cognoſcendos faciant, praeeuntibus Frereto, Gogueto, Danvillio. Aliorum virorum doctorum extra Galliam viventium opera v. c. Corſini, Arbuthnoti etc. a doctrina auctoris litteraria plane abeſſe videntur. Inſunt denique tomo primo nonnulla de Graecorum coſmogonia, theogonia et mythologia, ſeu potius expoſitio variarum rationum, quibus fabuloſa Graecorum hiſtoria explicari ſolet, cum ſomniis adeo Curtii de Gebelin. Bryanti, Angli doctiſſimi, nulla fit mentio. Nec Heynii noſtri obſervationibus doctiſſimis et ſagaciſſimis uſus eſt in exponenda hiſtoria Graecorum antiquiore, quae tomum ſecundum et tertium occupat.

Cf. *Götting. gel. Anzeig.* a. 1781. p. 564 ſqq. p. 610 ſqq. a. 1787. p. 356.

Hiſtoire etc. *Hiſtoire de l'ancienne Grece, tant générale que particulière. Par l'Hiſtorien des Hommes.* à Paris 1783. XIII Voll. in 8. Cum LXXIII tabb. aeneis.

Con-

nſtituunt etiam haec volumina continuationem
ti ac nondum abſoluti operis: *Hiſtoire des Hom-*
(v. Bibl. hiſt. Vol. I. P. I. p. 135) inde a tomo
I usque ad XXIV; in quibus hiſtoria Graeciae
ue ad mortem Alexandri M. narratur iucunde
dem et declamatoria ratione, ſed ſine veritatis
ἀκριβείας ſtudio.

CAROLI DENINA (Socii Acad. reg. Scient. Denina.
olinenſis) *Iſtoria politica e letteraria della Gre-*
In Torino 1781. VI Voll. in 8. *Theotiſce,*
n annotationibus, a *Chriſtfried Ulr. Dan*, P. I.
mburgi et Lipſ. 1783. Partis II. Vol. I. *ibid.*
85. 8 mai. — Et haec hiſtoria Graecorum non
ntibus limpidis et antiquis, ſed e rivulis recen-
rum hauſta, lectu tamen iucunda, utpote quae
ciem narrationis philoſophicae ſtilumque faci-
i ac mollem prae ſe fert; ſimilis fere operi Ang-
Goldſmithi et Francogallico Couſini Deſpre-
. Hiſtoriae Graecae partes nobiliores ſplendi-
que, a veteribus ipſis eleganter deſcriptas, ſine
icili negotio egregie pinxit Denina: tempora
em antiquiora partesque ab aliis neglectas ſte-
sve ſine ullo artis criticae uſu manuque feſti-
te ſiſtit. His aliisque libris huius generis a no-
commemoratis hiſtoriae ſtudium non promo-
ur: veritas potius magis magisque corrumpitur.
igines Graeciae, ex mythologia eruendae, De-
a creatore et fictore, fabulae Romanenſi ſimi-
factae. Ubique hoſpitem linguae Graecae faci-
gnoſcas. Studium ἀκριβείας plane deeſt. Ver-
Theotiſca nondum ad finem perducta; non
ofecto dolendum erit, ſi imperfecta manſura ſit.

Cf. *Götting. gel. Anzeig.* a. 1782. *Zugabe* p. 314-320. p. 607 ſqq. Cuius cenſurae auctor, HEYNIUS forte ſive MEINERSIUS, egregia exhibet praecepta, quo modo hiſtoria Graecorum conſcribenda ſit.

MEUSELII hiſtor. Litter: für das J. 1785. T. p. 102-114. 1786. p. 607-610.

Gaſt. JOHANNIS GAST, D. D. Archdeacon of G delagh, Hiſtory of Greece, from the Acceſſion of xander of Macedon, till its final Subjection to the man Power. In Eight Books. Lond. 1782. 4. Minus quidem hic Anglus ſplendet, nec lectori placere enixe ſtudet. Eo ſtudioſius veritati l resque geſtas ac mutationes rerum Graecarum dicio ſubacto examinat, illasque ea ratione, vere factae fuerint, ob oculos ponere nit Narrat ſolummodo, vel titulo docente, laben interitum rerum Graecarum; quae hiſtoriae riodus minus quidem praecellens, ſed memo et conſideratione digniſſima. Exponuntur ni rum victoriae Macedonum et Graecorum de l ſis reportatae; hiſtoria Alexandri M. et quae eius mortem acta, flos in primis rerum Graeca inde marceſcens; foedus Achaicum indeque re ſcens Graecorum gloria; huius inſequens int tus, diſcordiis et ſeditionibus effectus; Roma rum ſtudia circa hanc rem; omnis denique hi ria fatorum, quae Graecis usque ad expugna nem Conſtantinopleos, a Turcis peractam, ſ eunda erant.

Cf. Goetting. gel. Anzeig. a. 1787. p. 357 ſqq.

Bolla. JOH. BAPTISTAE BOLLA, Prof. der grie ſchen Sprache und Cuſtos der Univerſitätsbibliothek Wien. — Geſchichte von Griechenland, hauptſä lich den Zeitraum von der 283 bis zur 294 Olymp enthaltend. Baſel 1783. 8 mai. — Periodus hiſ riae Graeciae, in libelli titulo non ſatis apte in cata, ab illo tempore, quo Julianus Caeſar fact usque ad Alarici invaſionem, qua res Graecor penitus interierunt, deducitur. Libro primo (

ſc

[redacted]

ribitur breviſſime Graeciae decrementum a bello
:loponneſiaco usque ad Juliani aetatem iuveni-
n. Libro ſecundo, Juliani vita usque ad eius
iperium. Tertius hiſtoriam perſequitur usque
l eius expeditionem bellicam contra Perſas.
uartus hanc enarrat, Juliani mortem, et Alarici
vaſionem hoſtium in Graeciam. Julianus eius-
ıe doctores philoſophi iſtius temporis philoſophi
atonici in coelum usque tolluntur. Haec et alia
auſum virorum doctorum haud tulerunt.

JOHANNIS GILLIES LL. D. *Hiſtory of anc-* Gillies.
ent Greece, its Colonies and Conqueſts: from the
rlieſt Accounts till the Diviſion of the Macedonian
mpire in the Eaſt. Including the hiſtory of Lit-
rature, Philoſophy and the fine Arts. London
784. II Voll. in 4. *Theotiſce*, Lipſ. 1787. II Voll.
8 mai. — Antea iam Anglus acutiſſimus li-
llum ſingularem, quo obſervationes ſuper hi-
oria, moribus et indole Graecorum inde a fine
lli Peloponneſiaci usque ad proelium Chaero-
enſe continentur, in lucem ediderat *). In ope-
ampliore hiſtoriam ipſam usque ad tempus in
ulo proditum, ita tradidit, ut ſtudium cum vete-
ım ſcriptorum, tum recentiorum obſervationum
de eluceat. Non modo expoſitione morum et
gislationis, verum etiam philoſophiae, litterarum
: artium hiſtoriam ornavit. Haud raro res geſtas
irosque celebres aliter diiudicat, quam vulgo fieri
olet; quo factum, ut paſſim nimius fiat in repre-
endendo ſtatu politico rerum publicarum Grae-
arum, praecipue Athenienſis. Quo in negotio
teſti-

*) *Theotiſce* prodiit hac epigraphe: JOH. GILLIES *Betrachtungen über die Geſchichte, Sitten und den Charakter der Griechen, vom Schluſs des peloponneſiſchen Krieges an bis zur Schlacht bey Chaeronea. Aus dem Engl. überſetzt von* Joh. Chriſtian Macher. *Göttingen u. Bremen* 1781. 8.

[illegible] 17
p. 102-114. 1786. p. 609-[illegible].

Gaſt. JOHANNES GAST, D. D. *Archideacon of Glendalagh, History of Greece, from the Accession of Alexander of Macedon, till its final Subjection to the Roman Power. In Eight Books.* Lond. 178
Minus quidem hic Anglus ſplendet, nec le
placere enixe ſtudet. Eo ſtudioſius veri
rebusque geſtis ac mutationes rerum Graeco
dicio ſubacto examinat, illasque ea ratio
vere, factae fuerint, ob oculos ponere
Narrat ſolummodo, vel titulo docente, i
interitum rerum Graecarum; quae hiſto
riodus minus quidem praecellens, ſed m
et conſideratione digniſſima. Exponunt
rum victoriae Macedonum et Graecorum
ſis reportatae; hiſtoria Alexandri M. et q
eius mortem acta, flos in primis rerum Gr
inde marceſcens; foedus Achaicum indeq
ſcens Graecorum gloria; huius inſequen
tus, diſcordiis et ſeditionibus effectus; R
rum ſtudia circa hanc rem; omnis deniqu
ria fatorum, quae Graecis usque ad exp
nem Conſtantinopleos, a Turcis peracti
cunda erant.

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1787. p. 357

Bolla. JOH. BAPTISTAE BOLLA, *Prof. der ſchen Sprache und Cuſtos der Univerſitätsbibli Wien. — Geſchichte von Griechenland, h lich den Zeitraum von der* 283 *bis zur* 294 *C enthaltend.* Baſel 1783. 8 mai. — Period
riae Graeciae, in libelli titulo non ſatis a
cata, ab illo tempore, quo Julianus Caeſa
usque ad Alarici invaſionem, qua res Gr
penitus interierunt, deducitur. Libro pr

ibitur breviſſime Graeciae decrementum a bello
loponneſiaco usque ad Juliani aetatem iuveni-
m. Libro ſecundo, Juliani vita usque ad eius
perium. Tertius hiſtoriam perſequitur usque
l eius expeditionem bellicam contra Perſas.
artus hanc enarrat, Juliani mortem, et Alarici
aſionem hoſtium in Graeciam. Julianus eius-
e doctores philoſophi iſtius temporis philoſophi
… in coelum usque tolluntur. Haec et alia
… virorum doctorum haud tulerunt.

JOHANNIS GILLIES LL. D. *Hiſtory of anc. Greece, its Colonies and Conqueſts: from the … Accounts till the Diviſion of the Macedonian … in the Eaſt. Including the hiſtory of Lit… ure, Philoſophy and the fine Arts.* London … 4. II Voll. in 4. *Theotiſce*, Lipſ. 1787. II Voll. … mai. — Antea iam Anglus acutiſſimus li… um ſingularem, quo obſervationes ſuper hi… a, moribus et indole Graecorum inde a fine … Peloponneſiaci usque ad proelium Chaero… ſe continentur, in lucem ediderat *). In ope… mpliore hiſtoriam ipſam usque ad tempus in … proditum, ita tradidit, ut ſtudium cum vete… ſcriptorum, tum recentiorum obſervationum … eluceat. Non modo expoſitione morum et … lationis, verum etiam philoſophiae, litterarum … rtium hiſtoriam ornavit. Haud raro res geſtas … sque celebres aliter diiudicat, quam vulgo fieri … t; quo factum, ut paſſim nimius fiat in repre… ndendo ſtatu politico rerum publicarum Grae… um, praecipue Athenienſis. Quo in negotio teſti- Gillies.

*) *Theotiſce* prodiit hac epigraphe: JOH. GILLIES *Betrachtungen über die Geſchichte, Sitten und den Charakter der Griechen, vom Schluſs des peloponneſiſchen Krieges an bis zur Schlacht bey Chaeronea. Aus dem Engl. überſetzt von* Joh. Chriſtian Macher. *Göttingen u. Bremen* 1781. 8.

teſtimoniis cum hiſtoricorum tum oratorum male vel ſiniſtre ſentientium uti ſolet. . . . . .

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1787. p. 358 ſqq.
Allgem. teutſche Bibl. T. XLIX. p. 454 ſqq.

Mitford. GUILIELMI MITFORD *History of Greece. The firſt Volume.* Lond. 1784. 4. — Omnes recentiores de hiſtoria Graeca ſcriptores ſuperare videtur Mitfordus. Scriptores enim veteres [illegible] vos non ſolum legit, ſed etiam diverſas eorum relationes inter ſe contulit, examinavit ope artis criticae, atque eas delegit, quae veriſimiliores fuerint. Non ſectatus eſt more multorum recentiorum inſolita et paradoxa ſeu hypotheſes praeſtinguentes, demonſtravit potius paſſim earum futilitatem et vanitatem. Convertit quoque in uſus ſuos, non ſine examine critico, recentiorum doctas obſervationes, cum hiſtoricas tum geographicas. Germanorum tamen ſtudia in hoc litterarum genere haud noviſſe videtur. Cum Anglis et Gallis tantum familiaritatem contraxit. Quae ad cognitionem morum, rituum, legum, artium et litterarum ſpectant, minime neglecta ſunt. Dictio eſt ſimplex minimeque fucata. Negligens Anglus doctiſſimus apparet in rebus quibusdam memoratu utique dignis, v. c. in diiudicatione legislationum Lycurgi atque Solonis, et in expoſitione rerum [illegible] enatarum. Volumen primum, cui reliqua nondum ſucceſſere, hiſtoriam decem capitibus enarrat usque ad proelium Mycalenſe, quo Perſae a Graecis victi.

Cf. *Leipziger. gel. Zeit.* a. 1785. p. 650-655. Cuius cenſurae auctor C. D. BECKIUS, Profeſſor Lipſienſis, videtur.

Götting. gel. Anzeig. a. 1787. p. 358.

CAPUT

[redacted]

CAPVT IV.

SCRIPTORES DE HISTORIA GRAECORUM ANTIQUISSIMA ET FABULOSA.

Non moramur hic in enumerandis ſcriptoribus mythicis; quippe quod negotium non eſt bibliothecae hiſtoricae, ſed potius philologicae. Scriptores de bello Troiano, a Graecis coepto et peracto, huc quoque referri ſolent: nos vero eos iam recenſuimus Vol. II. P. I. p. 74 - 85. Brevibus autem hoc loco ſubiungimus ſcriptores de Argonautarum expeditione.

APOLLONIUS RHODIUS, circa annum CCL ante Chriſtum natum, Rhodi ex Alexandriae florens Apollon. Rhod. compoſuit quidem ſermone Graeco *Argonautica* libris quatuor. Quum vero non ſit hiſtoria, ſed carmen heroicum, (quod etiam de C. VALERII Valer. Flac. FLACCI Argonauticis, carmine Latino, valet,) recenſu eius ſuperſedemus, et indicamus potius ſcripta nonnulla recentiorum, in quibus momentum iſtud hiſtoriae Graecorum antiquiſſimae disputitur.

JOH. COLUMBI Diſſertatio de expeditione Argonautarum. *Holm.* 1678. 8. Columbus.

GEORG. CASP. KIRCHMAIERI Diſſ. de Argonautarum expeditione, an Europam omnem circumnavigaverint? *Witteberg.* 1685. 4. Kirchmaier.

JUSTI GODOFR. RABENERI de Argonautarum expeditione Diſſertatio; in *eiusd.* Amoenitt. hiſt. polit. (*Lipſ.* 1695. 8.) p. 193-200. Rabener.

HENRICI FORELII Argonautarum μυθιστορία. *Upſal.* 1697. 8. Forelius.

ABBÉ BANIER: *Les Argonautes, ou Diſſertation ſur la conquête de la Toiſon d'or.* P. I. et II; in *Mém.* Banier.

Mém. de l'Acad. des Inſcriptt. T. IX. p. 54 - P. III et IV. *ſur le Voyage et le Retour de la Co de;* ibid. T. XII. p. 99 - 145.

Carli. GIAN RINALDO CARLI *della Spedizione d Argonauti in Colco Libri IV., in cui varii Pun dilucidano intorno alla Navigazione, dell' Aſtr mia, alla Cronologia e alla Geografia degli An* Venezia 1745. 4. Cum tab. geogr. — Au huius operis limatiſſimi nihil eorum omiſiſſe v tur, quae ad hanc ſpartam ornandam ſpect In praefatione inſtitutum ſuum ac ſcriptores, de expeditione Argonautica litteris memoriae diderunt, tum deperditos, tum obvios et exſta adhuc, indicavit. De expeditionis veritate h quaquam dubitat; in eo praeter caetera occ tiſſimus, ut epocham eius in tuto collocet. ris ſunt *quatuor libri*. *Primo* exponitur de ex tione, *ſecundo* de tempore expeditionis, *terti* itinere in Colchidem ferente, ac *quarto* de adv Argonautarum in Colchidem, ac Colchioru Iſtriam. Libro ſecundo auctor potiſſimum *tonum* refellere ſtudet, qui, in Chronologia quorum regnorum emendata, annum obſerv num Chironis aſtronomicarum tempore h expeditionis reſtituere ſumma ope niſus eſt. ſter vero contendit, ad epocham Argonauti eruendam rationem habendam eſſe Theſei; e que incidere in annum aetatis Theſei quintum.

Cf. Nova Acta Erud. a. 1749. p. 655 - 663.

✣ ✣ ✣

Geinoz. GEINOZ *Recherches ſur l'origine des Pela avec l'hiſtoire de leurs migrations;* in *Mém. de l'A des Inſcriptt.* T. XIV. p. 154 ſqq. *Second Mé re* ibid. T. XVI. p. 106 ſqq.

FRERET *Obſervations générales ſur l'origine et ur l'ancienne hiſtoire des premiers habitans de la Gré;* ibid. T. XXI. *Hiſt.* p. 1-19. Exhibentur ſo-ım breviter momenta commentarii ampliſſimi et, t videtur, doctiſſimi, qui, quantum ſcimus, inte-er non in lucem editus eſt. Freret.

DE LA NAUZE *Mémoire ſur la difference des 'elaſges et des Hellénes;* ibid. T. XXIII. p. 115-28. Demonſtratur, Pelasgos et Hellenes natio-es prorſus diverſas fuiſſe. de la Nauze.

(GIBERT) *Examen d'un paſſage d'Herodote, ncernant les Pélaſges et les Hellénes;* ibid. T. XXV. *liſt.* p. 11-31. Locus Herodoti eſt L. I. cap. 56. Examen etc.

GIBERT *Diſſertation ſur les premiers habitans la Gréce;* ibid. *Mém.* p. 1-16. Gibert.

DE BOUGAINVILLE *Vues générales ſur les ıtiquités Grecques du premier age, et ſur les pre-iers hiſtoriens de la Gréce, conſidérés par rapport la chronologie;* ibid. T. XXIX. p. 27-86. Pars ior huius diſſertationis doctiſſimae agit de tem-re heroico ſeu mythico hiſtoriae Graecae; po-rior inquirit in quaeſtionem: numne Graeci ve-res accuratam chronologiae ſuae cognitionem buerint? atque numne iidem in hiſtoriis ſuis me-odo chronologica uſi fuerint? de Bougainville.

Abbé BELLEY *Obſervations ſur les plus ancien-s peuplades de la Grece;* ibid. T. XXXI. p. . . . Belley.

BOUHIER *ſur l'hiſtoire des Pelaſges et des Hel-nes*, in eiusdem *Recherches et Diſſ. ſur Herodote* ıp. IX. — Contra Palmerium demonſtratur; elasgos non omnium primos Graeciam inco-iſſe; certum eſſe, ante ipſorum adventum Ar-ıdiam et Argos in Peloponneſo incolas habuiſſe: anc tamen laudem merito Pelasgis deberi, quod, ım in Graeciam appuliſſent, incolas illius, pulſa iſtina feritate morumque barbarie, ad vitam cul-tiorem Bouhier.

tiorem et decentiorem traduxerint; ut ſi poſtea numero creverint, colonias in omnes fere Graeciae partes deduxiſſe. Quo reſpectu dici poſſe, eos diverſas res publicas, ex quibus olim Graecia compoſita fuit, fundaſſe. Veriſimile eſſe, eos linguam Phoeniciam in Graeciam advexiſſe; quo loco auctor ea, quae Salmaſius et Reineſius ſaeculo iam ſuperiore aſſeruerunt, novis rationibus confirmat. Salmaſium contra ſumma ope in eo refellere ſtudet, quod in libro de lingua Helleniſtica aſſerere voluerit, Pelasgos non ex Peloponneſo, ſed ex Theſſalia, ſeſe in alias Graeciae partes effudiſſe. Fuſe poſtremo agitur de coloniis Pelasgarum extra Graeciam, ac docetur, quo modo illam mari potentiam conſecuti fuerint, de qua veteres ſaepius teſtantur.

Heyne. CHRISTI. GOTTLOB HEYNIUS, ſaepe a nobis celebratus, inter recentiores feliciſſimam in originibus primisque Graecorum ſedibus indagandis operam poſuit. Egit hoc cum in additamentis et caſtigationibus volumini ſecundo verſioni Theotiſcae hiſtoriae univerſalis, a Guthrio aliisque Anglis corraſae, in primis p. 523-531; tum in proluſionibus nonnullis academicis, quae ſub Opuſculorum academicorum titulo iunctim duobus voluminibus nuper prodierunt; maxime in iſta, quae inſcribitur: *Delibantur nonnulla in vitae humanae initiis a primis Graeciae legumlatoribus ad morum manſuetudinem ſapienter inſtituta;* in Opuſc. T. I. p. 207-220. Cf. ibid. p. 172 ſq. p. 245 ſq. p. 263 ſqq.

Rabaut de St. Etienne. Nuperrime prodierunt: *Lettres à Mr. Bailly ſur l'hiſtoire primitive de la Grece, par M.* RABAUT DE SAINT-ETIENNE. à Paris 1787. 8. Cuius vero libri argumentum atque indoles nondum nobis innotuit.

CAPUT

CAPVT V.

ιIPTORES DE REBUS ATTICIS.

NOPHONTIS de republica Athenienſium li-ellus, in quo breviter docet, quibus arti-bi formam civitatis democraticam ſervarint ienſes; commoda demonſtrat, quae ab impe-ıris proficiſcantur; cauſſas exponit, cur diffi-; ius ſuum conſequi Athenis. Optimam et iſſimam huius libelli editionem adornavit ue doctis inſtruxit *J. C. Zeunius*, Prof. : litt. Viteberg. Edidit eum cum aliis Xeno-is opuſculis politicis *Lipſ.* 1778. 8 mai. Xenophon.

ɔRNELII NEPOTIS Miltiades, Themiſto-Ariſtides, Cimon, Alcibiades, Thraſybulus, n, Iphicrates, Chabrias, Timotheus, Pho-ſive Vitae horum Imperatorum Athenienſium. it Nepos, Italus, horum aliorumque Grae-ı hiſtorias eo in hanc gentem ſtudio, ut ipſe iraeco haberi poſſit, ſed interſperſis talibus ıtiis, quae bono Romano cive dignae erant, ırare voluit Romanis, litterarum Graecarum ınc temporis ſat rudibus, fuiſſe olim duces Graecos, partim virtute et amore patriae, ı etiam prudentia militari, celeberrimis inter nos aequiparandos. Librum igitur conſcri-ıon tam in nobiliorum, eorumque paucc-gratiam, qui ipſi inter Graecos vixerunt, qui os eorum ſcriptores lectitabant, quam in umque civium ſuorum, qui Graecas res vel ignorabant, vel leviter tantum tractaverant. ɔ facilius multorum vitas modico volumine ɾehenderet, uſus eſt genere ſcribendi com-ırio, non niſi ſummas rerum attingens, in ıribus notandis negligentior. Conciliare vo-Graecorum ingenia et virtutes civium ſuo- Cornelius Nepos.

 rum

rum animis; ſed obeſſe videbat horum prae
ceptas opiniones, magnamque morum dive
tem. Monet igitur in praefatione eos, qui
rectum putant, niſi quod ipſorum moribus co
nit, ut diſcant, non eadem omnibus eſſe ho
atque turpia, et illuſtrat hanc admonitionem
ſcite delectis exemplis. Recte enim iudicabat
nelius, praecipuum eſſe biographi officium,
re mores eorum, quorum vitam deſcribere
tuit. Haec aliaque egregie docet et illuſtrat

Schlegel. HENRICUS SCHLEGEL in Obſervationibu
ticis et hiſtoricis in Cornelium Nepotem etc.
niae 1778. 4.

utarchus. PLUTARCHUS de Athenienſibus, bellon
pace fuerint clariores? *In eius Opp.*

Idem et *Vitis parallelis* XLIV multum illi
vit hiſtoriam Graecam, in quibus quippe hor
illuſtres Graecos cum totidem Romanis confi
utrorumque vitam, fata et mores luculenter a
rite expoſuit. Separatim, et doctiſſime qui
editae ab *Auguſtino Bryano*, Graece et La
Londini 1729. V. Voll. in 4.

* * *

Poſtellus. GUIL. POSTELLI de magiſtratibus Athei
ſium Liber. *Pariſ.* 1541. 4. *Baſil.* 1543. 8.
1551. 8. *Lugd. Bat.* 1635. 16. *ibid.* ab *Ant.*
ſio, qui diſcurſum politicum de republica Athei
ſium addidit. 1645. 16. Notis atque comment
lo illuſtratus a *Jo. Frid. Hekelio*, Lipſ. 169
Italice a *Johanne Tatti* . . . 1543 . . . — I
hodie haud deſiderabilis, licet paullo doctior
quis Poſtelli libellis videatur.

Sigonius. CAROLI SIGONII de republica Ather
ſium Libri IV. *Bononiae* 1564. 8. *Venetiis* 156
Et in *Gronovii* Theſ. Antiquitt. Graec. T
p. 1

: 1497 ſqq. Cum aliis Sigonianis Francof. 1593.
ol. et *Hanoviae* 1609. fol. Iidem libri IV, cum an-
otationibus anonymi de Societate Jeſu; in *Sigonii*
Opp. ab Argelato procuratis (Mediol. 1736. fol.)
T. V. — Sigonius ſuperavit Poſtellum: fatendum tamen, eum antiquitatibus Romanis maiorem
npendiſſe operam et doctrinam, quam Graecis;
uippe paullo levius defunctus narrationibus ſibi
ontrariis ſive dubiis. In nova horum librorum
ditione inter opera Sigoniana doctus Jeſuita ano-
ymus veterum auctorum loca, quibus Sigonii
arratio nititur, quae vero idem non indicavit,
ontextui ſubiecit, tabulamque Atticae geographi-
am novam addidit.

Eiusdem de temporibus Athenienſium et Lacedaemoniorum Liber; in *Gronovii* Theſ. T. VI
. 1629 ſqq. et in *Sigonii* Opp. T. V.

WILHELMI POSSARDI de Athenienſium Poſſard.
agiſtratibus, eorumque cum Romanis, Gallis,
enetis, Turcis comparatione Liber; cui addita
ſt diſſertatio aphoriſtea de magiſtratibus Romanorum. Acceſſit *Joh. Sarii Zamoſcii* (qui eſt *Car.
igonius*) libro de Senatu Romano. *Argent.*
608. 8. Exſtat etiam in *Clauſingii* Jure publ.
om. T. III. p. 313 ſqq.

CLEMENTIS COLMER Politica, ſive reſpu- Colmer.
lica Athenienſis. *Dantiſci* 1609. 4; et in *Bar-
tol. Keckermanni* Diſpp. polit. p. 123-357.

Singularem et felicem operam in eruenda et il-
uſtranda hiſtoria Attica poſuit JOH. MEURSIUS. Meurſius.
Cuius ſcripta huc pertinentia, age, enumeremus!

De populis et pagis Atticae Liber ſingularis;
n quo antiquitates Atticae plurimae. *Lugd. Bat.*
616. 4. Paralipomena ad hunc librum vulgata
um eiusdem Theſeo, *Trajecti* 1684. 4. Et cum
upplementis et obſervationibus *Jacobi Sponii* ex

eius itinere in Graeciam, Gallice edito, quae *Tomo IV Theſ. Antiq. Graec. Gronoviano p.* 673 *ſqq.* proſtant.

Athenae Atticae, ſive de praecipuis Athenarum antiquitatibus libri III. *Lugd. Bat.* 1624. 4. Et in *Gronovii* Theſ. aucti ex ipſius auctoris chirographo, T. IV. p. 817 ſqq.

Regnum Atticum, ſive de Regibus Athenienſium, eorumque rebus geſtis libri III. *Amſtelod.* 1633. 4. Aucti ex auctoris chirographo in *Gronovii* Theſ. T. IV. p. 1017 ſqq.

Fortuna Attica, ſive de Athenarum origine, incremento, magnitudine, potentia, gloria, vario ſtatu, decremento, occaſu, liber ſingularis. *Lugd. Bat.* 1622. 4. Idem liber, ex auctoris autographo auctus, in *Gronovii* Theſ. T. V. p. 1677 ſqq.

Atticarum lectionum libri VI, in quibus antiquitates plurimae, nunc primum in lucem erutae, proferuntur. *Lugd. Bat.* 1627. 4. Ex auctoris autographo aucti in *Gronovii* Theſ. T. V. p. 1757 ſqq.

Cecropia, ſive de Athenarum arce, et eiusdem antiquitatibus, liber ſingularis. *Lugd. Bat.* 1622. 4. Ex auctoris autographo auctus in *Gronovii* Theſ. T. IV. p. 905 ſqq.

Ceramicus geminus, ſive de Ceramici Athenienſium utriusque antiquitatibus liber ſingularis. Nunc primum editus cura *Sam. Puſendorfii. Traj. ad Rhen.* 1663. 4. Et in *Gronovii* Theſ. T. IV. p. 957 ſqq.

Piraeeus, ſive de Piraeeo, Athenienſium portu celeberrimo, et eiusdem antiquitatibus, liber ſingularis (cum eiusdem libb. de regno Laconico et animadverſionibus in Helladii chreſtomathiam) *Traj. ad Rhen.* 1687. 4. Et in *Gronovii* Theſ. T. V. p. 1929 ſqq.

The-

Theſeus, ſive de eius vita rebusque geſtis, li-
ber poſtumus. Accedunt eiusdem Paralipomena
de Pagis Atticis, et excerpta ex JAC. SPONII iti-
nerario de iisdem pagis. *Ultraj.* 1684. 4. Et in
Gronovii Theſ. T. X. p. 465 ſqq. Cf. Acta Erud.
. 1684. p. 551 ſqq.

Archontes Athenienſes, ſive de iis, qui Athe-
nis ſummum iſtum magiſtratum obierunt, libri IV.
Lugd. Bat. 1622. 4. Et ex auctoris chirographo
auctt. in *Gronovii* Theſ. T. IV. p. 1141 ſqq.

Solon, ſive de eius vita, legibus, dictis atque
ſcriptis liber ſingularis. *Hafniae* 1632. 4. Et ex
auctoris chirographo auctus, in *Gronovii* Theſ.
T. V. p. 1993 ſqq.

Piſiſtratus, ſive de eius vita et tyrannide liber
ſingularis. *Lugd. Bat.* 1632. 4. Et ex auctoris
chirographo auctus, in *Gronovii* Theſ. T. V.
. 1397 ſqq.

Omnia haec Meurſiana typis repetita ſunt in
ius operibus, a *Jo. Lamio* recenſitis et ſcholiis illu-
ratis, *Florent.* 1741 - 1763. XII Voll. in fol. Re-
liqua eius ſcripta inter antiquitatum Graecarum
ſcriptores indicabuntur.

UBBONIS EMMII Deſcriptio reipublicae Athe- Emmius.
nienſium; in *eiusdem* Vet. Graec. T. III. v. Bibl.
ſt. paullo ante cap. IV.

VIRGILIO MALVEZZI *Conſiderationi con occa-* Malvezzi.
ne d'alcuni luoghi delle Vite d'Alcibiade e di Corio-
no. In Bologna 1648. 16. *Belgice*, cum aliis
usdem operibus hiſtoricis et politicis, Amſterd.
580. 8.

Relation de l'état préſent de la Ville d'Athenes, Relation etc.
ancienne capitale de la Grece, avec un abrégé de ſon
hiſtoire et de ſes antiquitez. Lyon 1674. 12.

Sieur DE LA GUILLETIERE *Athenes ancienne* de la Guilletiére.
nouvelle, et l'état des Turcs, contenant la Vie du

 Sultan

Sultan Mahomet IV, le miniſtére de Caprogli Achmet Pachay, Grand Vizir, et ſon decampement devant Candie. Avec le Plan de la Ville. à Paris 1676. 12. *Anglice*, Lond. 1686. 8.

Rabener. JUSTI GODOFR. RABENERI Diſſ. an Athenae ſuperſint? in *eius Amoenitt. hiſt. philolog.* p. 1 - 10.

Boecler. JOH. HENR. BOECLERI Diſſ. de Themiſtocle; in *eius Diſſ. acadd.* (Argent. 1710. 4.) T. II. p. 1145 - 1158.

Schurzfleiſch. HENRICI LEONHARDI SCHURZFLEISCHII Epiſtola, qua inter ſe conferuntur rationes Euſebii et Marmoris Arundelliani, una cum explicatione graviſſimae quaeſtionis: utrum Chronologia Regum et Archontum Athenienſium Euſebiana, an Arundelliana ſit praeferenda? *Vitembergae Saxonum*, 1705. 4. — Poſtquam auctor differentiam marmorum Arundellianorum, quae nunc Oxonienſia audiunt, et primum Cecropis Athenienſis annum cum anno Periodi Julianae 3132 coniungunt; ac Euſebii, cuius rationes in annum dictae periodi 3158 incidunt; nec non Petavii, qui annum ſignat 3156, commonſtravit: primum Atticas regendi viciſſitudines explicat. Poſtea epochas regum archontumque, tam perpetuorum quam decennalium, tribus tabulis exhibet, et qua in re circa ſingulos diſcrepent ſcriptores, ſeorſim multa cum cura explicat. Aliis quoque tabulis epocham Atticam pro ſententia marmoris Arundelliani, nec non pro Marshami, et denique ſecundum ordinem Humphridi Prideaux, repraeſentat. Denique profitetur, Euſebii rationes praeferendas eſſe marmori Arundelliano ſive Chronici marmorei auctori Pario.

Cf. Nova Litteraria Germaniae a. 1705. p. 161 ſqq.

FRAN-

FRANCISCI FANELLI *Atene Attica, deſcritta da ſuoi principii ſino all' acquiſto ſatto dall' armi Veneti nel* 1687; *colla Relazione de ſuoi Rè, Prencipi, Arconti e Tiranni etc. Diviſa in quatro parti, con varietà di Medaglie, Ritratti e Diſſegni.* Venez. 1707. fol. Cum XVI figg. aen. — Primus operis liber fata urbis Athenarum ab initio inde, quod auctor, reiectis aliorum fabuloſis ſententiis, ad Cecropem Aegyptium A. M. 2454 refert, usque ad Periclis mortem perſequitur; ſecundus variam illius fortunam ad tempora usque Mithridatis, Ponti regis, exponit; a quibus tertius exordiens rem prioribus CCCCL paragraphis ad Irenes et Nicephori imperium usque continuat. Sed illa quidem omnia, ex variis ſcriptoribus, etſi non claſſicis ſemper, petita, cum de ſuo, ſi ordinem excipias, vix quidquam auctor deprehendatur contuliſſe, recenſione non indigent. Poſt Nicephori tempora ad decurſum usque ſaeculi XII parcam admodum rerum Athenienſium notitiam ad nos perveniſſe, Fanellus indicat, niſi poſt cruciatas expeditiones Athenas aliquamdiu ducibus earum paruiſſe, hiſtoriae illius aevi memorent. Narratur denique, quo modo Athenae imperii Turcici acceſſio factae atque ſuperiore ſaeculo a Venetis liberatae ſint. Liber quartus totus topographicus eſt. Situ Athenarum ſollicite ſatis deſcripto, auctor aedificiorum publicorum privatorumque ruinas pervagatur, quidque ex illis Barbarorum temporisque furor reliquerit nobis, ſtudioſe obſervat. Commemoratur etiam Columna Adriani, in qua, velut in albo, decreta, ordinationes et forma proceſſus circa tributa, ex olei confectione quondam pendi ſolita, et circa commercia Athenienſium, Graece deſcripta leguntur. Fanelli.

Cf. Acta Erud. Supplement. T. IV. p. 180-184.

nomen Archontis eponymi, quod [illegible]iti perſpicua quaedam temporis nota ab Atticis aliisque Graecis adhibitum eſt, Archontum numerum, varietatem, munus, ac tempus, quo Archontes illi Athenis inſtituti tandemque ſublati ſunt. Diſſ. II exhibet menſem, quo Archontes magiſtratum inibant, quippe propterea annus Archonticus dicebatur. Diſſeritur eo ipſo ſimul de civilis anni Attici forma, menſibus et exemtilium dierum ſede. Diſſ. III expedit Prytaniarum numerum, in quarum intervalla muneris obeundi pars anni ſemper creditur fuiſſe impenſa. Dodwellus ibi refellitur, ſimulque illuſtria quaedam ſcriptorum loca variaque Atticae hiſtoriae capita ſatis perplexa corriguntur. Diſſ. IV exhibet erutam novam expoſitionem de ordine tribuum Athenienſium. Perſpicuis etiam docetur argumentis, tribuum ſeriem incertam et muneris Prytaniarum fortuitum modo ordinem exſtitiſſe. Diſſ. V recenſet tribus populorum Atticae, et earum nonnullas antea incompertas memorat. Diſſ. VI exponit de ſenatus et eccleſiae forma, dignitate, partibus, adeoque de proëdrorum et epiſtatarum numero, varietate muneribusque. Diſſ. VII. probat adverſus Meurſium, Archontas pſeudeponymos eſſe admittendos, ſed — licet Dodwellus ſenſerit ſecus — a Prytaniarum epiſtatis diſtinguendos. Diſſertatione VIII contexta apparet ad corrigendos Eponymorum faſtos integra et exquiſita pſeudeponymorum Archontum ſeries, ita ut XXXIII Archontes eiusmodi ex faſtis adhuc editis expungantur, et ut ſingulorum aetas aut annus oſtendatur, nec non ut plurima veterum ſcriptorum loca vel emendentur vel opportune illuſtrentur. Diſſ. IX fontes indicat, e quibus ſeries Archontum haurienda eſt. Diodorus et Arundelliani marmoris auctor hic obtinent principatum. D[illegible]nſus, qui inter

Meurſii fuit exiſtimata tanti, ut poſteritas erudita in contexenda Archontum ſerie eum exſcripſerit. Corſinus vero naevos haud unos in eius libro detexit. Opus ipſum *duabus partibus* abſolvitur, quarum *prior* complectitur *volumina duo*, *poſterior* totidem. *Prior* exhibet quaſi introductionem in faſtos, XIV diſſertationibus comprehenſam: *poſterior* faſtos ipſos. Laborem vere herculeum exantlavit auctor, delapſus ſaepius in tenebricoſa et ab aliis nondum trita veſtigia. Arte critica identidem feliciter fuit uſus, ut veterum ſcriptorum loca emacularet, et interpretum ſanaret menda. Fatetur ipſe tamen admodum modeſte, in hoc campo invenire poſſe alium alio plura, neminem omnia. In ipſo Faſtorum limine dedit diſſertationem in pſeudonymis Archontibus expungendis verſantem, ac in genuinis eponymis, antea ignotis, reſtituendis occupatam. Non poterat ipſe de pſeudeponymis Archontibus illis, ſive, ut Dodwellus appellavit, de Prytaniarum epiſtatis, differere, niſi de Prytanibus etiam, de Prytaniarum epiſtatis, ipſorumque muneribus, diſputaſſet. Non poterat de Prytanibus ipſis eorumque dignitate exponi commode, niſi prius expoſitum eſſet de ordine tribuum Athenienſium, de Prytaniarum ſerie, ſimulque de populis, e quibus tribus Athenienſes ac Prytaniae componebantur. Nec minus auctori viſum fuit e re lectorum fore, ſi de Archontum origine, numero, dignitate, civilis anni Attici menſura, eiusque forma et principio, ac de illis monimentis, diſſereret, ex quibus ſeries Archontum ac nomina exſculpi poſſent. Inde exortae fuerunt *Diſſertationes XIV*, quae apparatum ad Faſtos Atticos explent, atque illa copioſius exponunt, quae incommode in Faſtis ipſis fuiſſent expoſita vel enarrata. Itaque Diſſertatio I oſtendit

legomina quinque capitibus, et uſ n neceſſitat que faſtorum Atticorum, et modum, demonſt tibus, quo uſus in illis concinnandis auctor et rationes diverſarum epocharum, nempe pe di Julianae et annorum, ab Urbe condita du rum, quos cum Olympiadibus hi faſti magno lectorum commodo ubique comparant. Prol mena tomi quarti ſiſtunt XIII *inſcriptiones*, antea a. 1752 ſeorſim ex *Scipionis Maffeii* ſch Corſinus in lucem ediderat, *Atticas* cum doc mis illuſtrationibus. — In ipſis faſtis Cor primo ſemper loco ponit Olympiadem, qu quaeque ordine excipiunt; apponit annum cu congruum Periodi Julianae, tum ab U. C., p qui ſtadio identidem vicerit, quod teſtimoniis ctorum in medium allatis evincit, qui dein quovis cuiusque Olympiadis anno Archon A nis, Romae aut Rex aut Conſul, aut Dictator, Decemvir, prout tempora ferebant, fuerit. ctores Olympici cuiusque ſtadii e quibus di auctoribus, illorum excitat teſtimonia; addit quoque, qui palmam alio certaminis genere ruiſſe quaque Olympiade perhibentur. Quo nova certaminum genera in uſum admiſſa fuer ſignificat. Res etiam a reliquis Graecis ge easque illuſtriores, commemorat, Atticis max intentus, quas vel ipſas magis chronologice, q hiſtorice, tractat. In hiſtoria Graecorum lite ria, id eſt, in definiendis aetatibus philoſophor oratorum et poëtarum, quos Graecia prae ca ris claros tulit, aliquantum ſibi Corſinus indu quod eam partem neglectam nonnihil crede aut deprehendiſſet. Excurrere ipſum paſſim lu res praeſens in virorum illuſtrium memorias, iamſi a Graecis alienorum, ut Cyri, Croeſi, Da Xerxis, Dionyſii Syracuſani, Alexandri M.

Cf. Nova Acta Erud. a. 1751. p. 200 - 209. a. 1753. p. 389 - 397.

Zuverläſſige Nachr. von dem Zuſtande der Wiſſenſch. P. CII. p. 391 - 416. P. CIV. p. 577 - 604.

FRERET *ſur le peu d'accord des obſervations faites jusqu'à préſent pour determiner la latitude d'Athènes;* in *Hiſt. de l'Acad. des Inſcriptt.* T. XVIII. p. 201 ſqq. Freret.

Idem *ſur la date de la priſe d'Athènes par L. Cornelius Sylla;* ibid. T. XXI. p. 40 - 50. — Auctor Dodwelli ſententiam, qua, contra aliorum chronologorum opinionem, anno LXXXVII ante Chr. natum, non vero LXXXVI, Athenae a Sylla occupatae fuerint, amplectitur quidem, ſed rationibus diverſis ab iis, quibus Anglus nixus eſt.

Parallelo d'Athene e d'Inghilterra; Francice edita in *Journal etranger* a. 1755. Nov. p. 1 ſqq. Parallele etc.

Hiſtory and Repreſentation of Athens with other famous monuments in Greece. Lond. 1759. fol. Hiſtory etc.

JOH. SIMEON LINDINGER (D. et Prof. Theol. Hiſt. et Antiqq. Serveſtani † 1784) *Staat und Charakter der Athenienſer.* Halle 1766. 8. — Quae Meurſius aliique dudum congeſſerant, hic ſcriptor recoxit, et per paragraphos CXXIV diſtribuit. Nimirum virtutis univerſae vitiorumque indicem confecit, illique omnia, quae reperiuntur, exempla ſine iudicio ſubiecit. Artes et diſciplinae liberales, poëſis, muſica, ludi ſcenici, pictura, ſculptura, architectura, ex quibus optime populorum mores cognoſci poſſunt, breviſſime et ſiniſtre ſunt tractatae, quum in reliquis minus neceſſariis abundet auctor. Alia etiam ille habet Lindinger.

bet

bet plane a re ipſa aliena. Scribendi ge languidum, omnibus plane nervis deſtitut putidum.

Cf. Commentarii de libris minoribus Vol. I. P. p. 281 ſqq.

Götting. gel. Anzeig. a. 1766. p. 1009 ſqq.

Young. GUIL. YOUNG *Hiſtory of Athens, politi and philoſophically conſidered.* Lond. 1786. 4 Laudatur propter ſententiarum acumen: c et perſpicuitas deſiderantur.

CAP

CAPVT VI.

SCRIPTORES DE REBUS LACEDAEMONIIS S. SPARTANIS.

XENOPHONTIS de Lacedaemoniorum republica libellus; in quo breviter traditur de eorum moribus et conſuetudinibus circa procreationem et educationem liberorum, de puerorum modeſtia et temperantia, de diſciplina eorum, qui ex ephebis exceſſerunt, de convictu publico, de cura et uſu communi liberorum, ſervorum et bonorum; de Lycurgi lege, qua cives eſſe agricolas, naucleros, mercatores, opifices, lucrique ſtudioſos, vetuit; de ſtudio parendi magiſtratibus et legibus; de ſtudio honeſtatis; de iudicio, quod ſenibus ſubeundum eſt de bonis animi et virtute; de re militari et caſtrenſi; de auctoritate et munere regis in bello et in universum. Optime et recentiſſime ſeorſum edidit cum annotationibus criticis *J. C. Zeunius* in collectione, capite ſuperiore laudata. Xenophon.

Eiusdem de Ageſilao, Lacedaemoniorum rege, oratio; ſaepe cum aliis Xenophonteis edita.

CORNELII NEPOTIS Vitae Pauſaniae, Lyſandri, Ageſilai, Imperatorum Lacedaemoniorum; inter *eius* Vitas excellent. Imperatorum. Corn. Nepos.

* * *

CAROLI SIGONII Reges Lacedaemoniorum; in *Gronovii* Theſ. T. V. p. 1669 ſqq. et in *Sigonii* Opp. T. V. Sigonius.

NICOLAI CRAGII (*JCti, Hiſtorici et Philologi Dani* † 1602) de republica Lacedaemoniorum Libri IV. *Heidelbergae*, ex officina Santandreana 1593. 4. *Lugd. Bat.* 1670. 8. (Utrique editioni acceſſit HERACLIDAE, *Pontici*, de Politiis libellus, Cragius.

bellus, cum interpretatione Latina, cura *Cragii*) Et in *Gronovii* Theſ. T. V. p. 2497 ſqq. — Diligenter uſuque iudicii ſubacti Cragius memorabilia Spartana e veterum ſcriptis collegit et in ordinem redegit. Falli eos, qui opus hoc non Cragii; ſed *Jacobi Cuiacii* eſſe cum *Keckermanno* (in Syſtem. polit. Lib. II. cap. ult.) affirmant, oſtendit *Henr. Ernſtius* in var. obſſ. L. II. c. 27. p. 134 ſqq.

Sienicius. NICOLAI SIENICIUS de politia, ſeu republica Spartana. *Dantiſci* 1606. 4.

Keckermann. BARTHOL. KECKERMANNI Diſſ. de republica Spartana; inter *eiusd.* Diſſertt. polit. p. 357 - 587.

Emmius. UBBONIS EMMII Deſcriptio reipublicae Laconum; in *eiusd.* veteri Graecia, ſupra laudata T. III. p. 72 ſqq. p. 438 ſqq.

Boecler. JOH. HENR. BOECLERI Diſſ. de Ageſilao, rege Lacedaemoniorum. *Argentor.* 1644. 4. Et inter *eius* Diſſertatt. acadd. (*Argent.* 1710. 4.) T. II. p. 425 - 443.

Jönſenius. JOH. JOENSENII Epiſtola de Spartanis, ſcripta a. 1654; in *J. G. Graevii* Collect. Diſſ. rariſſ. (*Traj.* 1716. 4.) p. 205 - 225.

Meurſius. IOH. MEURSII Miſcellanea Laconica, ſive variarum antiquitatum Laconicarum Libri IV; nunc primum editi cura *Sam. Puſendorfii.* Amſtelod. 1661. 4. Et in *Gronovii* Theſ. T. V. p. 2281 ſqq.

Eiusdem de regno Laconico Libri duo. Trajecti 1687. 4. Et in *Gronovii* Theſ. T. V. p. 2209 ſq. Meurſius in Miſcellaneis iſtis ſpicilegium ad Cragii operam, ipſa fere meſſe maius, peregit. Libri duo ſ. potius liber ſingularis (titulus enim mentitur) de regno Laconico habet poſt ſe Meurſii librum de Piraeeo et animadverſiones in Helladii chreſtomathiam. Revocantur a Meurſio non initia tantum progreſſusque regni Laconici in lucem; ſed

:d et multa ſub fabularum involucris a maioribus
:adita, e vetuſtiſſimis ſcriptoribus perveſtigata
rotrahuntur; unde non exigua pars fabularis,
uam vocant, hiſtoriae intelligi et ad verum com-
oni poteſt aptiſſime. Paſſim à Cragio Meurſius
ſcedit.

NIC. DE LA GUILLETIERE *Lacedémone an-* de la Guil-
mne et nouvelle, où l'on voit les moeurs et les cou- letiére.
umes des Grecs modernes, des Mahometans et des
uifs de Païs. à Paris 1676. II Voll. in 12 mai.
id. 1679. II Voll. in 12 mai.

De Lycurgo eiusque legislatione ſcriptores
fra, ubi de ſpartanis antiquitatibus ſermo
it, enumerabuntur.

CAPVT VII.

SCRIPTORES DE HISTORIA RELIQUORUM GRAECIAE REGNORUM PROVINCIARUM, URBIUM, INSULARUM, IISQUE IMPERANTIUM.

SECTIO I.

Scriptores de Acarnania.

Emmius. UBBO EMMIUS de ſtatu Acarnanum; in *eiu* vet. Graec. T. III. p. 336 ſqq. Et in *Gro vii* Theſ. Antiquitt. Graec. T. IV. p. 585.

SECTIO II.

Scriptores de rebus Achaicis.

Emmius. UBB. EMMII Deſcriptio reipublicae Achae rum; in *eiusd.* vet. Graec. T. III. p. 274 ſqq. in *Gronovii* Theſ. T. IV. p. 557 ſqq.

Gothofredus. JAC. GOTHOFREDI (*ICti et Philologi celeb rimi*) Achaica ſ. de cauſſis interitus reipublic Achaeorum Oratio; in *eiusd.* Opuſc. hiſtor. po (*Genev.* 1641. 4.) p. 84 - 116; et *Lugd. B* 1733. fol.

Schoock. MARTINI SCHOOCKII (*Traiectini, IC Hiſtorici et Philologi, primum Traiectini, tum D ventrienſis, mox Groningani, et tandem Via Francofurtani* † 1669) Res publicae Achaeoru et Vejentium iuxta ſua fata, in uſum praeſe ſaeculi delineatae. *Traj. ad Rhen.* 1664. Idem liber ſub titulo: Achaia vetus, in *Gro* Theſ. T. V. p. 2140 ſqq. — Auctor, de Ach capitibus XXIV et de Vejentibus VIII agens, pop lares ſuos veterum harum nationum fatis exe

xemplo monere voluit, ut diſcordiam omni ſtu-
lio vitarent.

THEOPHILI SIGEFR. BAYERI Faſti Achai- Bayer.
i illuſtrati; *in Commentar. Acad. Petropol.* T. V.
. 374 - 448. Et in eiusdem Opuſculis a Klotzio
ditis p. 269 - 339. — Primum locum faſti ipſi
ccupant: alterum eorum explicatio. Quam in
auſſam caput primum ſiſtit initium reipublicae
chaicae; ſecundum agit de decem atque ſeptem
raeturis Arati Sicyonii; tertium de octo Philopoe-
nenis praeturis; quartum de praetoribus poſt Phi-
opoemenem usque ad everſam rempublicam.
)mnia ex fontibus limpidiſſimis hauſta arteque
ritica polita.

Geſchichte der Achäer und ihres Bundes. Vom von Brei-
Irſprung ihrer Monarchie, bis auf die Zeiten Con- tenbauch.
'antins des Groſſen, nebſt der Zeitrechnung dieſes
'olks nach der Regierung ſeiner Prätoren. Von H.
. B. (i. e. GEORG AUGUST VON BREITEN-
AUCH, Equite Thuringico.) *Frankfurt an der*
der 1782. 8. — Auctor amplam de Achaia
edereque Achaico narrationem, quae in hiſtoria
niverſali Anglica (T. VI. p. 1 - 126. ſec. verſ.
heot.) exſtat, ducibus potiſſimum Bayero Hey-
ioque, ſuperare ſtuduit. Accurate iuſtoque or-
ne omnia diſpoſita ſtiloque ſimplici tradita.

Les Ligues Achéenne, Suiſſe et Hollandoiſe; et la de Mayer.
'evolution des Etats unis de l'Amérique, comparées
ſemble. Par M. DE MAYER. à Geneve et à
aris 1787. II Voll. in 12. — Declamatorem
otius, quam hiſtoricum, agit auctor; nec inti-
iam cum muſis Graecis familiaritatem contra-
iſſe videtur.

SECTIO III.

Scriptores de rebus Aetolicis.

Emmius. UBBO EMMIUS de republica et fortuna A
lorum; in *eiusd.* vet. Graec. T. III. p. 314
Et in *Gronovii* Theſ. T. IV. p. 575 ſqq.

SECTIO IV.

Scriptores de rebus Arcadicis.

Adami. LEONARDI ADAMI *Volſiniensis*, (Biblio
carii Cardinalis Imperialis † 1719 anno aet.
τȣ ἐν 'Aρχαασιν *Philoclis Aepei*, Arcadicorum
lumen primum. *Romae* 1716. 4. — Vix
num viceſimum quartum egreſſus auctor hoc
mum Arcadicorum ſuorum volumen, tanta le
ne et tot ingenii critici teſtimoniis locupleta
iam abſolverat, ut inter praecoces ingenio e
tos referendus videretur. Ab origine prima
cadiae hiſtoriam repetiit, et dicta veterum teſti
niis, ſumma induſtria collatis, ac genuinae ſcri
rae et ſenſui reſtitutis, critico acumine confir
vit; quod quidem eo ſaepius auctorem duxit,
ſeriem narrationis interruperit, pluſculum ve
rum integritate occupatus, quo Critici magis
tes, quam Hiſtorici videtur expleviſſe. Certe
qui iuſtae formae Arcadiae hiſtoriam ſcribere v
luculentam praebuit materiam. Primum v
men — alterum auctor, morte interceptus,
lucem proferre non potuit — quatuor abſolv
libris, quorum primus a Pelasgo, qui primus
Argivos Arcadiae rex fuit, narrationis filum
cit; ab hoc Pelasgia dicta eſt, et gens rudis, f
magis, quam homini ſimilem vitam agens, in
dinem quodammodo redacta eſt. Poſt hunc
caon filius imperium tenuit, a quo Arcadia
C

caonia dicta eſt; de hoc narratur fabula, quod hoſpites mactaverit, quam excutit auctor, et inde agit de numeroſa prole eius, quae ad LXXIX numerum extenditur, unde variae urbes et populi ſuam trahunt originem, quos aliquot capitibus Adami recenſuit. Regum ſequentium ſeries deducitur et illuſtratur per librum primum et ſecundum. In tertium congeſta ſunt, quae in ſerie iſta locum invenire non poterant, v. c. bella cum Thebanis ab Arcadibus geſta, Herculis facinora et Evandri fuga, diverſi Helenae raptus. Quarto libro hiſtoria regum Arcadiae ab Agapenore, ubi deſierat, repetitur, et Hippothoi geſta enarrantur, quo imperium tenente Aeneas cum Anchiſe veniſſe dicitur in Arcadiam. Sequitur recenſus regum reliquorum, usque ad mortem Ariſtocratis; quo necato Arcades regium imperium amplius ferre noluerunt. Factum hoc anno I. Olymp. XXVIII. Ulterius auctoris diligentia haud progreſſa eſt.

Cf. MAZZUCHELLI *Scrittori* d'Italia Vol. I. P. I. p. 131 ſqq.
Acta Erud. a. 1717. p. 518 ſqq.

SECTIO V.

Scriptores de Argolide.

UBB. EMMII Deſcriptio reipublicae Argivorum; in *eiusd.* vet. Graec. T. III. p. 190 ſqq. Et in *Gronovii* Theſ. T. IV. p. 519 ſqq. Emmius.

REINERI REINECCII Familiae regum Argivorum et Mycenaeorum. *Witteb.* 1571. 8. Reineccius.

SECTIO VI.

Scriptores de Chiorum republica.

UBBO EMMIUS de Chio et eius ſtatu et fortuna; in *eiusd.* vet. Graec. T. III. p. 252 ſqq. Et in *Gronovii* Theſ. T. IV. p. 547 ſqq. Emmius.

SECTIO VII.

Scriptores de rebus Corinthiis.

Nepos. CORNELII NEPOTIS Timoleon ſ. Vita huius Imperatoris Corinthii; inter *eius* Vitas excellent. Imperat.

Spangenberg. CYRIACI SPANGENBERG (*Nordhuſani, Theologi et Chronographi Islebienſis* † 1604) Chronicon Corinthiacum, *oder Hiſtorien und Geſchichte von Ankunft, Aufnehmen, Regierung und Abgang der Stadt Corinth.* Eisleben 1561. fol. Strasburg 1569. fol. — Spangenbergius in epiſtolas Pauli Apoſtoli ad Corinthios CIX ſermones ſacros compoſuit atque in lucem edidit. Poſtea lectorum ſuorum in gratiam et ad explicanda quaedam momenta hiſtorica, in epiſtolis iſtis occurrentia, collegit omnia, quae ſcriptores de Corintho tradiderunt, inde ab eius origine usque ad annum poſt Chr. nat. 1561. Varia haud contemnenda ineſſe dicuntur.

Cf. *Hamburg. Bibl. hiſt.* Cent. I. p. 146 ſqq.

Emmius. UBB. EMMII Deſcriptio reipublicae Corinthiorum; in *eiusd.* vet. Graec. T. III. p. 209 ſqq. Et in *Gronovii* Theſ. T. IV. p. 527 ſqq.

Wilckens. HENRICI WILCKENS Specimen antiquitatum Corinthiacarum ſelectarum, ad illuſtrationem utriusque epiſtolae Paullinae. *Bremae* 1747. 4.

Walch. JOHANNIS ERNESTI IMMANUELIS WALCHII Antiquitates Corinthiacae Actor. Apoſt. XVIII. *Jenae* 1761. 4. — Corinthi topographiam eiusque hiſtoriam naturalem et civilem poſtquam auctor e ſcriptoribus veteribus expoſuit atque illuſtravit, explicat notum iſtud proverbium: *Non cuivis homini contingit adire Corinthum.* Poſtea ſtatum Corinthi tempore Apoſtoli Paulli deſcri-

ſcribere et, quae ad huius commorationem in urbe iſta ſpectant, exponere ſtudet.

SECTIO VIII.

Scriptores de inſula Creta.

UBBO EMMIUS de republica et legibus Cretenſium; in eiusd. vet. Graec. T. III. p. 178. ſqq. Et in Gronovii Theſ. T. IV. p. 513 ſqq. Emmius.

CHRIST. SCHMIDT Diſſ. de Cretenſium vituperio ad Tit. I, 12. Lipſ. 1673. 4. Et in Theſauro theol. philolog. (Amſt. 1702. fol.) T. II. p. 723 ſqq. Schmidt.

JOH. MEURSII Creta ſ. de Cretae rebus et antiquitatibus Libri IV, ſupra Vol. II. P. I. p. 94. modis laudati. Meurſius.

WOLFG. STEGERI Diſſ. de Cretenſibus mendacibus. Lipſ. 1684. 8. Steger.

IOH. HENR. BOECLERI Diſſ. de Minoë, Cretenſium rege, maris domino; in eius Diſſ. acadd. (Argent. 1710. 4.) T. II. p. 1073 ſqq. Boecler.

ANT. BANIER Diſtinction des deux Minos; in Hiſt. de l'Acad. des Inſcriptt. T. III. p. 45 - 49. — Docet auctor, quosdam ſcriptores veteres ipſos e duobus Minoibus unum feciſſe, diſtinguendum vero eſſe alterum, qui filius Jovis, Aſterii et Europae, ab altero, qui filius Lycaſtis et Idae, Corybantis filiae, fuerit. Banier.

SECTIO IX.

Scriptores de inſula Delo.

CLAUDII SALLIER Hiſtoire de l'Isle Delos; in Mém. de l'Acad. des Inſcr. T. III. p. 376 - 391. Auctor primo loco veteres recenſet poëtas et hiſtoricos, qui hanc inſulam celebrarunt, maximam Sallier.

partem iniuria temporis perditos. Deinde agit de diverſis inſulae nominibus illiusque ſitu. Poſt in primos eius incolas inquirit. Porro opinionem, ſecundum quam Apollo e Delo oriundus fuerat, diſcutit. Tum perluſtrat religiones, caerimonias ac templa ibi conſtituta. Denique ſiſtit fata inſulae ſaeculis poſterioribus oborta.

Exercitatio etc. Exercitatio, qua Inſcriptionibus Deliacis certa aetas adſignatur, et alia ad Delum ſpectantia obiter tanguntur et illuſtrantur; *in* Miſcell. Obſervatt. crit. in Auctor. (*Amſtel.* 1736. 8.) Vol. VII. T. I. p. 1 - 124.

Zeibich. HENRICI AUG. ZEIBICH Schediaſma de Delo, comparata Bethlehemo. *Vitemb.* 1751. 4.

De lacu Deliaco docta diſſertatiuncula ineſt

Kall. ABRAHAMI KALLII Specimini novae editionis Sententiarum Theognidis Megarenſis (*Götting. et Gothae* 1766. 4.) p. 8 - 12.

SECTIO X.

Scriptores de rebus Epiroticis.

Emmius. UBBO EMMIUS de ſtatu Epiri; in *eiusd. vet.* Graec. T. III. p. 337 ſqq. Et in *Gronovii* Theſ. T. IV. p. 587 ſqq.

de laNauze. LUD. DE LA NAUZE *Recherches hiſtoriques ſur les differens peuples, qui s'établirent en Epire avant la dernière guerre de Troye;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcr.* T. VII. p. 151 - 173. — Recenſentur Chaonii, Theſproti, Aethicii, Athamanes, Perrhaebi, Ambracii.

Plutarchus. PLUTARCHI Pyrrhus ſ. Vita eius; *inter Plutarchi vitas parallelas.*

Jourdan. (IOH. BAPTISTAE IOURDAN) *Hiſtoire de Pyrrhus, Roi d'Epire.* à Amſterd. 1749. II Voll. in 12 mai. — Pyrrhi vitam resque geſtas, ſingulari

lari et curatiore narratione utique dignas, auctor ita expoſuit, ut multis verborum lenociniis et ambagibus utatur, addatque plura, ad rem haud pertinentia. Fontes, e quibus hauſit, lectoribus ſuis non oſtendit. In praefatione meminit libri, *Londini* annos aliquot antea editi atque Gallice ſcripti (*Voyage et Expeditions de Pyrrhus,*) nobis ignoti. Multus eſt in eo, ut huius ſcriptoris anonymi ſententias rebuspublicis faventes, deſtruat atque monarchias laudibus extollat.

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1750. p. 163 ſqq.

DE NICOLAY *Mémoire hiſtorique ſur la Vie et ſur les ancêtres d'Alexandre Moloſſus, Roy d'Epire;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcriptt.* T. XII. p. 339-354. — Summo ſtudio collecta et compoſita ſunt, quae de hoc rege Epirotico, Alexandri M. coaevo et immerito ab hoc quaſi obſcurato, veteres ſparſim tradidere. de Nicolay.

SECTIO XI.
Scriptores de rebus Locrenſibus.

UBB. EMMII Deſcriptio reipublicae Locrenſium; in *eiusd.* vet. Graecia T. III. p. 350 ſqq. Et in *Gronovii* Theſ. T. IV. p. 593 ſqq. Emmius.

SECTIO XII.
Scriptores de inſula Samo.

UBB. EMMII Deſcriptio reipublicae Samiorum; in *eiusd.* vet. Graec. T. III. p. 245 ſqq. Et in *Gronovii* Theſ. T. IV. p. 545 ſqq. Emmius.

SECTIO XIII.
Scriptores de rebus Thebaicis ſ. Boeoticis.

UBB. EMMII Deſcriptio reipublicae Thebanorum; in *eiusd.* vet. Graec. T. III. p. 197 ſqq. Et in *Gronovii* Theſ. T. IV. p. 523 ſqq. Emmius.

Palmerius. IAC. PALMERII, *a Grentemeſnil*, Quaeſtio geographica, quaenam fuerint, et ubi Thebae Echioniae; in *Miſcell. Obſervatt. in Auctor. vet. et recent.* Vol. IX. p. 447 - 464.

Nepos. CORNELII NEPOTIS Vita Epaminondae et Pelopidae, Thebanorum; inter *eius* Vitas excellent. Imperat.

Boecler. IOH. HENR. BOECLERI Diſſ. de Epaminonda; in *eiusd.* Diſſertt. acadd. T. II. p. 443 - 465.

Gedoyn. *Abbé* GEDOYN *Vie d'Epaminondas;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcriptt.* T. XIV. p. . . .

Seran de la Tour. *Abbé* SERAN DE LA TOUR *Hiſtoire d'Epaminondas, General des Thebains; avec des Remarques critiques et hiſtoriques, et les Obſervations du Chevalier*

de Folard. DE FOLARD *ſur les batailles d'Epaminondas*, à Paris 1739. 12. à Leide 1741. 8. — Decerpſit ſua auctor ex Xenophonte, Polybio, Pauſania, Juſtino, Plutarcho, Cornelio Nepote, Diodoro Siculo, aliisque auctoribus fide dignis, atque in complexum artuumque compagem conſtruxit. Praefixa eſt epiſtola BELLINI, in qua hic chartam ſuam geographicam, huic libro ſubiunctam, cuius ope Epaminondae facinora illuſtrantur, obſervationibus nonnullis comitatur. Quam epiſtolam excipit diſſertatio Abbatis DE S. PIERRE de differentiis, quae virum inter magnum et illuſtrem intercedunt. Comparat Alexandrum M. cum Epaminonda, ac, hunc illo maiorem fuiſſe, docet, eo quod hic impedimenta maiora ſuperavit, ac fructuoſiores ſuis civibus exantlavit labores. Vita Epaminondae ipſa ſic eſt ſcripta, ut punctum ferat eruditae civitatis. Notat auctor merito Xenophontem eo nomine, quod hic Ageſilaum laudibus ita extulit, ut nonnulla Pelopidae et Epaminondae facta egregia ſilentio involverit. Epaminondae naevum haud diſſimulat, a ſtudio gloriae incon-

inconſiderato paullo poſt pugnam Leuctricam contractum. Nec omittit, de Pelopida et Ageſilao exponere, quorum quippe res geſtae in idem tempus incidunt, ac cum Epaminondae factis coniunctiſſimae fuerunt. Adiecta eſt comparatio, Epaminondam inter et Scipionem Africanum ſeniorem inſtituta, iam olim a Plutarcho tentata, hodie vero non ſuperſtite. Epaminondae Francogallus tribuit principatum, quantum et ad artem erudiendi et formandi milites attinet. Scipio certe videtur Epaminondam in plerisque imitatus. — *Folardi* diſſertationes, quibus proelium et Leuctricum et Mantinaeum illuſtratur, ſunt prorſus ad amuſſim factae, ac Xenophonti ſuperſtructae.

Cf. Novorum Act. Erud. Supplement. T. VII. p. 442-450.

CAPUT

CAPVT VIII.

SCRIPTORES DE HISTORIA MACEDONICA.

Reineccius. REINERI REINECCII Familiae regum Maci doniae, quae a Carano uſque ad captui Perſea regnarunt annos DCXLVI. *Lipſ.* 157 4. — Liber genealogicus maximae diligentia qui vero hodie, poſt numiſmata plura repert eorumque examina, in genealogia regum Ma cedoniae vetuſtiorum conſtituenda longe diver ſam faciem nanciſceretur.

Lacarry. AEGIDII LACARRY (*Jeſuitae Gallici* † ... Series et numiſmata regum Macedoniae; cu *eiusd.* Hiſtoria Romana a Jul. Caeſare ad Con ſtantin. M. (*Claramont.* 1671. 4.) p. 199-216.

Crophius JOH. BAPTISTAE CROPHII Antiquitate Macedonicae, ſive de regio Macedonum princi patu, moribus atque militia Diſſertatio. *Jena* 1682. 4. — Et in *Gronovii* Theſ. T. VI p. 2855 ſqq. — Auctor, duce *Joh. Andre Schmidio*, nova nonnulla ex rariſſimis quibus dam numiſmatibus Muſei Sagittariani deduxit.

Obrecht. ELIAE OBRECHTI (*Prof.*] *Hiſt. et Eloq. Sk thiani* † 1698.) Diſſ. Macedonicae et Romana potentiae comparatio. *Upſal* 1691. 8.

Hecht. GODOFREDI HECHTII, *Lyc. Luccav. Recto ris*, Obſervatio de Macedonia, devicto Andriſco in provinciam Romanam redacta; in *Miſcella Lipſ.* (1716. 8.) T. I. p. 54-61.

* * *

Scriptores de Philippo Amyntiade, patre Alexandri M.

Stephanus. HENRICUS STEPHANUS de Philippo, Ma cedonum rege, in Graeciam variis artibus olim

graſ

raſſato. — Ita *Lengletus* Catal. T. XI. p. 35. ıudat librum ſeu libellum, de quo nullibi quidquam indagare licuit.

SAMUELIS PUFENDORFII Diſſertatio de ⁝bus geſtis Philippi, Macedonum regis; in eius ⁱiſſertatt. acadd. (*Upſal.* 1677. 8.) p. 86 - 154. Pufendorf

IACOBI DE TOURREIL Praefatio hiſtorica, raefixa eius verſioni Gallicae orationum Philip-.carum Demoſthenis, quam ſupra cap. III laudvimus. de Tourre

ANDREAE GROENWALL Diſſ. de Ponero-oli Philippi, regis Macedoniae. *Upſal.* 1737. 8. Groenwal

(*Abbé* SERAN DE LA TOUR) *Hiſtoire de Philippe, Roi de Macedoine, et pere d'Alexandre, pour rvir de ſuite aux hommes illuſtres de Plutarque.* Paris 1740. 12 mai. — Eadem ratione compoſita eſt haec hiſtoria, qua idem ſcriptor hiſtoam Epaminondae, de qua paullo ante, elaboıvit. Paſſim admiſcuit, quae fabulam Romaenſem ſapiunt. Opus libris tribus abſolvitur. Seran de Tour.

CLAUDII MATTHAEI OLIVIER (Socii ıcad. litter. humanitatis Maſſilienſis † 1735) *Hiſtoire de Philippe, Roi de Macedoine et pere d'Alexandre le Grand.* à Paris 1740. II Voll. in 2 mai. — Opus poſthumum, cuius auctor tiam artibus oratoriis maius ſtudium, quam arti iſtoricae ac veritati, impendiſſe videtur. Philippum regem ab omnibus fere naevis liberum ſiere eoque fine omnes eius res geſtas, pravas tiam, defendere, ſaltem excuſare niſus eſt. Olivier.

Cf. *Zuverläſſ. Nachrichten von dem Zuſtande der Wiſſenſchaften* P. XXXVI. p. 899 - 928.

THOMAE LELAND, M. D. *Hiſtory of the ife and Reign of Philip, King of Macedon.* Duin 1758. 4. London 1769. 4. Cum figg. aen. Leland.

aen. — Notitia huius libri nos fugit: auctorem tamen in eo componendo fontibus rite uſum fuiſſe, credimus, quia Demoſthenis et Aeſchinis orationes in linguam Anglicam ſcite transtulit.

de Bury. DE BURY (cauſſarum patroni Pariſienſis) *Histoire de Philippe et d'Alexandre, Rois de Macedoine.* à Paris 1760. 4. — Quantum haec hiſtoria differat ab iis, quas *Seranus* et *Olivierius* condiderunt, dicere non habemus.

Valkenar. LUDOVICI CASP. VALKENARI (*Profeſſoris linguae Graecae Leidenſis*) Oratio de Philippi Amyntiadae indole, virtutibus rebusque geſtis, cauſſis externis fractae Graecorum libertatis. *Franekerae* 1760. 4. Aucta et emendata in collectione: *Tiberii Hemſterhuſii* Orationes etc. *Lugd. Bat.* 1784. 8 mai. Qua in editione annotationes criticae, multum lucis hiſtoriae Philippi regis affundentes, acceſſerunt.

* * *

Scriptores de Alexandro M.

Arrianus. FLAVIUS ARRIANUS *de expeditione Alexandri M.* libros ſeptem *Graece* conſcripſit. Fuit Nicomedienſis e Bithynia, hiſtoricus et philoſophus, Hadriani et Antoninorum Impp. tempore celebris. Epictetum in philoſophia praeceptorem habuit et ob doctrinam ab Athenienſibus aeque ac a Romanis civitate donatus et ampliſſimis honoribus auctus eſt. Hadriano praeſertim Imperatori carus fuit, a quo Cappadociam provinciam adminiſtrandam accepit, et, Xenophontis exemplo, contra Alanos ſeu Maſſagetas in bellum profectus eſt. Propter dictionis puritatem atque elegantiam, qua Xenophontem imitari ſtuduit, Νέος Ξενοφῶν dictus eſt, quod nomen et ipſe affectavit. Optimus ſine dubio fideque

que digniſſimus de Alexandri rebus geſtis ſcriptor. Etſi enim ipſe coaevus non fuit, uſus tamen eſt, et quidem cum acumine critico, hiſtoricorum, qui Alexandri temporibus aut proxime poſt ea vixerunt, operibus, hodie quidem haud ſuperſtitibus, ab Arriano vero oculis et mente uſurpatis, maxime, ut ipſe indicat, *Ptolemaeo Lagi* et *Ariſtobulo*, quorum uterque ſub Alexandro militaverat.

Inter editores egregie de Arriano meritus eſt *Bonaventura Vulcanius*, quippe qui *Gerbelii* editionem Baſileenſem, (1539. 8.) cum codice Graeco manu ſcripto, ab Henr. Stephano accepto, contulit et multis locis emendatiorem reddidit, novamque verſionem addidit, *Pariſ. excudebat Henr. Stephanus* 1575. fol. Poſtea *Jac. Gronovius*, ope nonnullorum codicum manu ſcriptorum, Arrianum multis in locis emendavit, in capita diviſit, et cum interpretatione Vulcanii, MSto Auguſtano poſtea uſi, ex ipſius autographo recenſita, edidit ſuisque animadverſionibus illuſtravit. Nec contemnenda editio, quam *Georgius Raphelius* a. 1709. paraverat, quae vero demum diu poſt mortem illius, cura *Conradi Arnoldi Schmidii*, Amſtelod. 1757. 8 mai. lucem vidit. Raphelius non ſolum obſervationes grammaticas, ſed etiam hiſtoricas, in quibus potiſſimum Arrianum cum Curtio comparavit, adiecit. — Verſio *Rookii* Anglica prodiit *Lond.* 1729. II Voll. in 8. Adiectae ſunt annotationes hiſtoricae, geographicae et criticae, atque *Clerici* caſtigationes Q. Curtii. *Theotiſca* verſio *Gebhardi Chriſtophori Lud. Timaei* (Lipſ. et Francof. 1765. 8.) notis nonnullis eſt inſtructa.

Cf. FREYTAGII Apparat. litter. T. I. p. 221 ſqq.

JOAN. GEORG. HAGERI Progr. de Fl. Arriano, Geographo antiquo, eiusque periplis. *Chemnic.* 1766.

1766. 4. *Theotiſce* in eiusdem *geogr. Bücherſaal* T. II. p. 163 - 193.

Zuverläſſige Nachrichten etc. P. CCXV. p. 797 - 809.

Plutarchus. PLUTARCHI Vita Alexandri Magni; inter *eius* Vitas parallelas.

Eiusdem de Alexandri fortuna vel virtute Orationes II; in *eius* Opp. — Plutarchus arte critica minus, quam Arrianus, uſus eſt. Narraſſe ſolummodo videtur, ut ſententias et praecepta protrudere poſſet.

Diodorus. Ex Graecis poſt Plutarchum etiam DIODORUS SICULUS audiendus eſt.

Curtius. Ex Latinis idem egit Q. CURTIUS RUFUS. Vix ſcriptor Romanus eſt, de cuius vel aetate, vel fide, magis diſceptetur, quam de hoc, cum alii ſoetum dicerent hominis Itali, vix ante trecentos et quinquaginta annos compoſitum, alii Curtium ad aetatem Tiberii, Claudii, Veſpaſiani vel Traiani referrent. Foetum ſpurium non eſſe, optime demonſtravit *Joan. Chriſtoph. Wagenſeilius* in pera iuvenili T. IV. p. 178. Sub Veſpaſiano autem eundem ſcripſiſſe, veroſimillimum eſt. Hiſtoria eſt rerum ab Alexandro M. geſtarum, eleganti quidem, ſed conciſo nimis et poëtico ſtilo conſcripta. Praeter lacunas quasdam, deſunt integri libri duo priores, quos ſupplere conati ſunt CHRISTOPHORUS BRUNO et JOANNES FREINSHEMIUS, quorum tamen ſtilus non ubivis convenit. CHRISTOPH. CELLARIUS, cum Brunonem ſterilitate, Freinshemium prolixitate laborare animadverteret, ſuccinctis et elegantibus ſupplementis ſuis utrumque ſuperavit. Inter editiones commendanda et ob notas *Titi Popmae*, 1622. 12. Editio *Matthiae Raderi* ob notas ampliſſimas atque eruditas aeſtimanda eſt: prodiit *Colo-*

Coloniae 1623 fol. Praeferenda tamen editio optima *Joannis Freinsheimii*, quae cura *Joannis Henr. Rapp* prodiit *Argent.* 1670. 4. cuius notae omnium ſunt praeſtantiſſimae, licet multa ex Radero deſumſerit. Ex hac compilata eſt, quae *cum notis variorum* dicitur atque ex Elzeviriana prodiit *Lugduni Bat.* 1649 et 1673. 8. Pleraque ex Freinsheimiana in ſuam transſumſit *Michael le Tellier*, quae in uſum *Delphini* prodiit *Pariſiis* 1678. 4. *Samuel Pitiſcus* ſuam *Ultrajecti* 1685. 8. edi fecit, et auctius 1693. 8. atque commentariis et iconiſmis aeri inciſis illuſtravit, quos ex Lipſii et aliorum ſcriptis repetiit. Novam ſupplementis, indicibus et tabulis geographicis, notis etiam brevibus, ſed elegantiſſimis, adornavit *Chriſtophorus Cellarius*, *Lipſiae* 1688. 1691. 1696. 12. addita Diſſertatione *de moribus Alexandri M.* Recentior et quae praeſtantiſſimas Variorum notas exhibet editio, quam curavit *Henricus Snackenburg*, *Delphis et Lugd. Batavor.* 1724. 4 mai. In *Gallicum* ſermonem hunc tranſtulit *Claudius Faber Vaugelas. Pariſiis* 1647. 1653. (1659.) 4. *Amſtelod.* 1665. 1673. 8. (*ibid.* 1684. 8. *Hagae Comit.* 1727. II Voll. in 12. Lipſ. 1748.) Cui verſioni Vaugelaſius integros triginta annos inſudaſſe dicitur, atque multum olim aeſtumata, licet hodie genius linguae Gallicae a priori multum immutatus. Freinsheimii vero ſupplementum in Gallicum ſermonem tranſtulit *Petrus du Ryer* (quae verſio Vaugelaſii editionibus ſubiuncta.) Unicum ſaltim addimus: *Joannes Clericus* in arte ſua critica (P. III. Sect. 3) cenſor nimius fuit Curtii, contra quem JACOBUS PERIZONIUS ſcripſit *Quintum Curtium Rufum reſtitutum in integrum et vindicatum per modum ſpeciminis a variis accuſationibus et immodica criſi Joannis Clerici.* Lugduni Bat. 1703. 8. (Cf. *Fabricii*

Bibl. Lat. T. II. p. 342 ſqq. ex edit. Erneſ
Ita in Bibl. hiſt. Struvio-Buderiana p. 30 ſq
ſtra ſolum ſunt, quae uncis incluſa vides.
mus iudicium de Curtio *Lipſii: Hiſtoricus,
me iudice probus, legitimusque, ſi quisquam fui
ra in ſermone eius felicitas, in narrationibu
Adſtrictus idem et profluens, ſubtilis et clare
cura ulla accuratus. Verus in iudiciis, arg
ſententiis, in orationibus ſupra, quam dixerim,
dus.* Quibus verbis Lipſius aeque nimius
dando Curtio videtur, ac alii in eodem rep
dendo. E quibus ſunt, qui Curtii lectioner
ris nequaquam commendandam, ſed iis
cenſeant relinquendam, qui ſobriam dicendi
nem iam edocti, quid diſtent lupinis aera,
norint. Quorum argumenta collegit et e
vit JACOBUS BRUCKERUS in *Obſervatio*
titulum fecit: *Q. Curtius Rufus, adoleſcenti
imitandum non proponendus.* Vid. eius *Miſc
hiſtoriae philoſ. litter. criticae (Aug. Vind.*
8 mai.) P. III. p. 601 ſqq. Prima vice eade
ſervatio prodiit a. 1720 in *Miſcell. Lipſ.*
p. 12-24. Docte vero ſciteque contrarian
tentiam tuitus eſt atque Curtium defendit J
NES JACOBUS SARTORIUS in Proluſio
duabus, quibus *Q. Curtius Rufus a quorunda
prehenſione nonnihil defenditur.* Erlangae 17

Qui data opera libris ac libellis ſingula
de Curtio eiusque opere tradiderunt, indica
ſupra Vol. I. P. I. p. 36. *Raderi* liber ibi l
tus hac epigraphe accuratiore inſignitus eſt: M
Raderus. THAEI RADERI, e Societate Jeſu, ad Q. C
Rufi de Alexandro Magno Hiſtoriam, Prol
nes, librorum ſynopſes, capitum argum
commentarii. Cum Indice duplici, capitu
argumentorum, itemque rerum memorabi

cc

copioſiſſimo. *Coloniae Agrippinae* 1628. fol. Cum figg. aeri ac ligno inciſis. Ineſt etiam Curtii opus ipſum, omiſſis vero ſupplementis. Proluſiones ſiſtunt: Vitam Curtii; iudicia variorum et elogia de Curtio; diſquiſitiones, quot libris hiſtoriam ſuam abſolverit; qui alii compoſuerint res geſtas Alexandri; de nomine et cognomine Alexandri M. Synopſin rerum ab Alexandro geſtarum per Olympiades et annos digeſtam; quae mira Alexandro evenerint; qui honores Alexandro viro mortuoque habiti ſint; Apophthegmata eius; Apophthegmata et dicta aliorum de Alexandro; Epigrammata in eundem Graeca et Latina; de forma habituque corporis Alexandri; Alexander comparatus; Alexander maſtiges.

Caeterum ſatis notum, PHILIPPUM GUALTERUM *de Caſtellione*, poëtam medii aevi non plane ineptum, circa initium ſaeculi decimi tertii ſcripſiſſe *Alexandreidos libros decem*, in quibus Curtium imitatus, quid? quod ſaepe eiusdem verbis uſus eſt, ita ut huius hiſtorici libro emendando inſervire poſſet. Prodiit poëma *Ingolſt.* 1541. 8. *Lugd.* 1558. 4. *In monaſterio S. Galli* 1659. 12. Gualterus.

Cf. (GOETZII) *Merkwürdigkeiten der königl. Bibl. zu Dresden* T. II. p. 145 - 152.

* * *

EUSEBIUS quidam, medio, quod dicimus, aevo vivens, caeterum nobis ignotus, hiſtoriam Alexandri M. ſermone Latino compoſuit, ſive potius finxit. Quam D. *Joh. Hartlieb*, Monachienſis, *Theotiſce* reddidit. Saepius haec verſio typis expreſſa, v. c. *Auguſtae Vind.* per Antonium Sorgium 1478. fol. *ibid.* per Joh. Planbitem 1478. fol. Euſebius.

Zapfii *Augsburgs Buchdruckergeſchichte* P. I. 46. Cf. *Neue Nachrichten von Künſtlern und Kunſt-*

Bibl. Lat. T. II. p. 342 ſqq. ex edit. Erneſti.) — Ita in Bibl. hiſt. Struvio-Buderiana p. 30 ſqq. Noſtra ſolum ſunt, quae uncis incluſa vides. Addimus iudicium de Curtio *Lipſii: Hiſtoricus*, inquit, *me iudice probus, legitimusque, ſi quisquam fuit. Mira in ſermone eius felicitas, in narrationibus lepos. Adſtrictus idem et profluens, ſubtilis et clarus, ſine cura ulla accuratus. Verus in iudiciis, argutus in ſententiis, in orationibus ſupra, quam dixerim, facundus.* Quibus verbis Lipſius aeque nimius in laudando Curtio videtur, ac alii in eodem reprehendendo. E quibus ſunt, qui Curtii lectionem pueris nequaquam commendandam, ſed iis ſolum cenſeant relinquendam, qui ſobriam dicendi rationem iam edocti, quid diſtent lupinis aera, probe norint. Quorum argumenta collegit et exornavit JACOBUS BRUCKERUS in *Obſervatione*, cui titulum fecit: *Q. Curtius Rufus, adoleſcentibus ad imitandum non proponendus.* Vid. eius *Miſcellanea hiſtoriae philoſ. litter. criticae (Aug. Vind.* 1748. 8 mai.) P. III. p. 601 ſqq. Prima vice eadem obſervatio prodiit a. 1720 in *Miſcell. Lipſ.* T. IX. p. 12-24. Docte vero ſciteque contrariam ſententiam tuitus eſt atque Curtium defendit JOANNES JACOBUS SARTORIUS in Proluſionibus duabus, quibus *Q. Curtius Rufus a quorundam reprehenſione nonnihil defenditur.* Erlangae 1774. 4.

Qui data opera libris ac libellis ſingularibus de Curtio eiusque opere tradiderunt, indicavimus ſupra Vol. I. P. I. p. 36. *Raderi* liber ibi laudatus hac epigraphe accuratiore inſignitus eſt: MATRaderus. THAEI RADERI, e Societate Jeſu, ad Q. Curtii Rufi de Alexandro Magno Hiſtoriam, Proluſiones, librorum ſynopſes, capitum argumenta, commentarii. Cum Indice duplici, capitum et argumentorum, itemque rerum memorabilium copio-

copioſiſſimo. *Coloniae Agrippinae* 1628. fol. Cum figg. aeri ac ligno inciſis. Ineſt etiam Curtii opus ipſum, omiſſis vero ſupplementis. Proluſiones ſiſtunt: Vitam Curtii; iudicia variorum et elogia de Curtio; diſquiſitiones, quot libris hiſtoriam ſuam abſolverit; qui alii compoſuerint res geſtas Alexandri; de nomine et cognomine Alexandri M. Synopſin rerum ab Alexandro geſtarum per Olympiades et annos digeſtam; quae mira Alexandro evenerint; qui honores Alexandro viro mortuoque habiti ſint; Apophthegmata eius; Apophthegmata et dicta aliorum de Alexandro; Epigrammata in eundem Graeca et Latina; de forma habituque corporis Alexandri; Alexander comparatus; Alexander maſtiges.

Caeterum ſatis notum, PHILIPPUM GUALTERUM *de Caſtellione*, poëtam medii aevi non plane ineptum, circa initium ſaeculi decimi tertii ſcripſiſſe *Alexandreidos libros decem*, in quibus Curtium imitatus, quid? quod ſaepe eiusdem verbis uſus eſt, ita ut huius hiſtorici libro emendando inſervire poſſet. Prodiit poëma *Ingolſt.* 1541. 8. *Lugd.* 1558. 4. *In monaſterio S. Galli* 1659. 12. Gualterus.

Cf. (GOETZII) *Merkwürdigkeiten der königl. Bibl. zu Dresden* T. II. p. 145 - 152.

* * *

EUSEBIUS quidam, medio, quod dicimus, aevo vivens, caeterum nobis ignotus, hiſtoriam Alexandri M. ſermone Latino compoſuit, ſive potius finxit. Quam D. *Joh. Hartlieb*, Monachienſis, *Theotiſce* reddidit. Saepius haec verſio typis expreſſa, v. c. *Auguſtae Vind.* per Antonium Sorgium 1478. fol. *ibid.* per Joh. Planbitem 1478. fol. (v. Zapfii *Augsburgs Buchdruckergeſchichte* P. I. p. 46. Cf. *Neue Nachrichten von Künſtlern und* Euſebius.

Kunſtſachen — auctore *Carolo Henr. de Heinecken* — T. I. p. 112 ſqq.) *ibid.* per Ant. Sorgium 1480. 4. *Argent.* per Martinum Schott 1488. fol. *ibid.* per eundem 1493. fol. Cum figg.

Johannes, Monachus. f. Zonaras. Alexandri M. Vita, ex libris hiſtoriarum JOHANNIS, *Monachi*, *Angelo Coſpo* interprete; annexa huius Coſpi verſioni Latinae *Diodori Siculi*, hac epigraphe inſignitae: *Diodori Siculi*, ſcriptoris Graeci, libri duo, primus de Philippi, regis Macedoniae, aliorumve quorundam illuſtrium ducum, alter de Alexandri filii rebus geſtis. Utrumque latinitate donavit *Angelus Coſpus*, Bononienſis. Alexandri regis vita, quam Graece ſcriptam a *Joanne*, *Monacho*, *Ang. Coſpus* vertit in noſtram linguam. In fine legitur: *Impreſſum Viennae Pannoniae per Hieronymum Vietorem Menſe Aug. Anni* 1516. fol. *Venet.* 1517. fol. *Baſil.* 1531. fol. *ibid.* 1545. fol. *Joh. Monachus* eſt ZONARAS, e numero hiſtoricorum Byzantinorum, e cuius hiſtoria univerſali vita iſta Alexandri excerpta et Latine reddita eſt.

Cf. DENIS *Merkwürdigkeiten der k.k. Bibl.* p. 263 ſq.

Volaterranus. RAPHAELIS (MAFFEI) VOLATERRANI (*Grammatici et Hiſtorici* † 1521) Vita Alexandri M. in compendium redacta; in *eius* Commentar. urban. (*Baſil.* 1530. fol.) T. II. p. 145 ſqq. Et in *Freinshemii* Commentar. in Curtium cap. VI.

Valerius. JULII VALERII Hiſtoria Alexandri M. Regis Macedoniae de Praeliis. *Argent.* 1589. fol.

Bernegger. MATTHIAE BERNEGGERI Diſſ. Alexander M. ſe ipſo minor. *Argent.* 1634. 4.

Gaudenzio. *I Fatti d' Aleſſandro il Grande ſpiegati e ſuppliti, con non pochi auuenimenti de' noſtri tempi, maſſime quelli delle Alemanniche Guerre. Opera di* PAGANINO GAUDENZIO, *Dottor Teologo, Filoſofo, e Giuriſconſulto*

ſulto, che per dieciſette anni hà publicamente interpretata ed interpreta oggi nello Studio di Piſa la Politica e l'Iſtoria. In Piſa 1645. fol. — Liber duabus abſolvitur partibus. Prior continet capita CXVIII breviſſima, in quibus Alexandri res geſtae exponuntur, diiudicantur, et cum recentiorum principum factis comparantur. Ineſt etiam examen leve hiſtoricorum, cum deperditorum tum ſuperſtitum, cum veritati tum fictionibus ſtudioſorum. Poſterior pars hanc habet inſcriptionem: *De' fatti del grande Aleſſandro ſupplimento: opera dell' iſteſſo* PAGANINO GAUDENZIO. Duplex eſt ſupplementum. Alterum XLIX, alterum XIX capitibus abſolvitur. Utrumque ſiſtit quaſi commentarios in loca nonnulla, parte priore breviter tantum tractata, atque plures comparationes ac digreſſiones. Paſſim inſertae ſunt narrationes de rebus et viris bello tricennali claris eorumque cenſura. Auctor politici potius, quam hiſtorici partes egit. Liber ipſe rarioribus quidem, at non rariſſimis, ut paſſim factum, adnumerandus.

Cf. (GOETZII) *Merkwürd. etc.* T. III. p. 357 ſqq.
FREYTAGII Analecta p. 375.
(BAUMGARTEN) *Nachrichten von einer Hall. Bibl.* T. VII. p. 31-34.
CLEMENT T. IX. p. 83 ſqq.

JOH. LEHMANNI Hiſtoria Alexandri M. Diſſertatione hiſtorica deſcripta. *Witteberg.* 1667. 4. Lel

ELIAE OBRECHT Diſſ. Juſtitia armorum Alexandri M. *Upſal.* 1691. 8. Obrecht.

JAC. ARHENII Diſſ. de Graecia triumphante (ſive ſtatu Graeciae ſub Alexandro M.) *Upſal.* 1693. 8. A

IOH. GEORG BIRCKHAN Diſſ. politico-hiſtorica de Alexandro M. tyranno. *Lipſ.* 1706. 4. Birckhan.

Eenberg. IOHANNIS EENBERG Diſſ. de teſtamento Alexandri M. *Upſal.* 1709. 8.

Freytag. M. FRIEDERICI GOTTHILF FREYTAG Diſſ. de Alexandro M. cornigero. *Lipſ.* 1715. 4. Docte inquiritur in monimenta, quibus caput Alexandri cornibus contortis conſpicitur; et in cauſſas, cur cornua geſtaverit; et in quaeſtionem, an affectatio divinitatis, qua Alexander ſe filium Jovis Ammonis cornuti, aſſumto illius habitu, credi voluit, tanta fuerit, quanta plerumque a ſcriptoribus vulgo commemoratur.

Eroiſmo etc. *L' Eroiſmo di Aleſſandro Magno, overo la vita è le più grandi impreſe, intrapeſe dal medeſimo, in tutto il tempo della ſua vita.* Roma 17 . . II Voll. in 4. *Ouvrage utile en hiſtoire.* Ita Lengletus T. XI. p. 38 librum nobis plane ignotum laudat.

di Koſſin. DION. BARON. DI KOSSIN, *l'Eroiſmo ponderato nella vita di Aleſſandro il Grande, con diſcorſi iſtorici, politici è morali.* Parma 1716. II Voll. in 4. *Cet ouvrage peut avoir ſon utilité pour bien examiner le caractère d'Alexandre, et diſtinguer la différence de ſon héroïſme, qui étoit plus impétueux que réfléchi.* V. *Lenglet* l. c.

Zeiske. IOH. GOTTF. ZEISKE de Alexandro M. cornibus inſigni, Proluſio. *Soraviae* 1724. fol.

Secouſſe. DIONYSII FRANCISCI SECOUSSE *Diſſertation ſur l'expédition d'Alexandre contre les Perſes;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcriptt.* T. V.

de Berger. IOH. GUIL DE BERGER Proluſio de Magni Alexandri meritis in divinam humanamque ſapientiam. (*Viteberg* 1739.) 4. Vix quidquam ad hoc argumentum ſpectans erit, quod non in hac diſſertatione doctiſſima ex fontibus limpidis hauſtum ob oculos ponatur.

Chriſtine, Reine de Suede. *Reflexions diverſes de* CHRISTINE, REINE DE SUEDE, *ſur la vie et les actions du grand Alexan-*

xandre; in *Mémoires concernant Chriſtine, Reine de Suede, par Mr.* ARCKENHOLTZ. (Amſterd. 1751. 4.) T. II. in append. p. 57 - 76.

DE BOUGAINVILLE *Examen d'un paſſage de la Vie d'Alexandre, où Plutarque rapporte la mort de Statira, femme de Darius;* in *Hiſt. de l'Acad. des Inſcriptt.* T. XXV. p. 32 - 39. — Plutarchi relatio, Statiram puerperio ſuccubuiſſe, reiicitur, et in fine monetur, Alexandrum humanum quidem, ſed non nobilem ſeu generoſum animum erga Darii familiam exſeruiſſe. de Bougainville.

BONAMY *Reflexions générales ſur les Cartes géographiques des Anciens, et ſur les erreurs que les Hiſtoriens d'Alexandre le Grand ont occaſionnées dans la Géographie;* ibid. p. 40 - 53. — Ex ipſis ſcriptoribus antiquis demonſtratur, Alexandri comites maximam partem falſa ac fabuloſa de regionum locorumque ſitu et indole retuliſſe, et ſic geographos in errores induxiſſe. Bonamy.

COMTE DE CAYLUS *ſur le bucher d'Epheſtion;* ibid. T. XXXI. p. 77 - 85. *Theotiſce* in collectione diſſertationum Caylusianarum, a *Klotzio* et *Meuſelio* adornata, T. II. p. 334 - 343. — Egregie ope numorum aliorumque veterum monimentorum auctor locum in *Diodori Siculi* hiſtoria L. XVII illuſtrat, ubi rogus Hephaeſtionis, Alexandri amici, deſcribitur. Ipſe rogus ſecundum hanc deſcriptionem illuſtratam in tabula aenea conſpicitur. de Caylu

Idem *ſur le char qui porta le corps d'Alexandre;* ibid. p. 86 - 97. Cum III. tabb. aen. *Theotiſce* l. c. p. 343 - 354. — Commentarius eſt in alium Diodori locum L. XVIII.

Abbé BELLEY *Diſſertation ſur l'ère de Céſarée du Liban, et ſur les honneurs divins rendus à Alexandre le Grand;* ibid. T. XXXII. p. 685 ſqq. Belley.

Linguet. SIMONIS NICOLAI HENRICI LINGUET *Hiſtoire du Siecle d'Alexandre.* à Paris 1762. 12 mai. *Seconde Edition corrigée et augmentée*, à Amſterd. et à Paris 1769. 12 mai. — Scriptio quidem valde delectabilis, quae vero magis ſplendet, quam animum ſapientia ac doctrina inſtruit. Tempus ante Alexandri imperium breviter, at ſcite, delineatur; deinde herois facinora, delectu quodam habito, exponuntur.

Riflеſſioni etc. (FRIDERICI AUGUSTI, Principis Brunovico-Guelpherbytani, Berolini degentis) *Rifleſſioni critiche ſopra il carattere e le geſta d'Aleſſandro Magno, Rè di Macedonia.* Milano 1764. 8. *Francogallice* ibid. eod. 8. *Anglice*, Lond. . . . . 8.

de Sainte-Croix. IMMANUELIS GUILIELMI IOSEPHI GUILHEM DE CLERMONT, *Baron* DE SAINTE-CROIX, Socii Academiae Inſcriptionum Pariſienſis) *Examen critique des anciens hiſtoriens d'Alexandre le Grand.* à Paris 1775. 4. — Praemio amplo, ab Academia modo dicta propoſito, ornata eſt haec diſſertatio, ſeu potius liber, a. 1772. Alexandri hiſtoriam nondum accurate ſatis et critice ſcriptam eſſe, dolet auctor. Quo modo omnes fere Alexandri hiſtorici laudatores facti ſint, et qua ratione nobis cavendum, ne ab iis inducemur, ingenioſe aeque ac docte demonſtrat. Prima ſectione inquirit in fontes, e quibus Alexandri hiſtorici hauſerint, et quatenus ſinguli fide digni ſint, docet. Agit cum de ſcriptoribus deperditis, tum ſuperſtitibus, eosque in claſſes diſtribuit. Sectione ſecunda auctor examinat narrationes ſcriptorum veterum ratione rerum bellicarum ab Alexandro geſtarum. Idem ſectione tertia agit ratione vitae eiusdem privatae. Sectio quarta diſcutit peritiam hiſtoricorum iſtorum geographicam. Qua disquiſitione mirifice augetur geographia antiqua. Subiunctae

iunctae ſunt obſervationes hiſtoricae, geographicae et philologicae. Inſertam videbis tabulam geographicam, qua Alexandri expeditiones bellicae repraeſentantur.

M. GOTTLIEB SCHLEGEL *Einleitung zu einer Alexandropaedie, oder, über die Jugendjahre des groſsen Alexanders.* Riga 1775. 4. Schlegel.

Eiusdem *Wägung der Gröſse des Alexanders.* ibid. 1777. 4. — Sunt duae proluſiones, quibus auctor ſagaciſſimus docet, quo modo Alexander educatus fuerit, qua ratione animum bella ſpirantem contraxerit, et quo ſenſu idem cognomine Magni dignus ſit vel indignus. Obſervationes inſunt minime e trivio petitae.

Scriptores de Alexandri M. ſucceſſoribus.

CLAUDII DE SEYSSEL *Hiſtoire des ſucceſſeurs d'Alexandre, en IV Livres, dont les trois premiers ſont les* 18, 19 *et* 20 *de Diodore Sicilien; le quatrième eſt tiré des Vies de Plutarque.* à Paris 1530. fol. à *Luxembourg* 1705. 12 mai. Editio poſterior nullo melior dicitur priore, quae libris raris adſcribitur. de Seyſſel.

M. MAMBRINO ROSEO DA FABRIANO *Hiſtoria de ſucceſſori d'Aleſſandro Magno, raccolta da diverſi autori, ed in gran parte da Diodoro Siculo.* Venetia 1570. 12. — Nil fere aliud, niſi verſio libri proxime praecedentis. Ineſt etiam verſio vitae Alexandri a Plutarcho elaboratae. Roſeo da Fabriano.

CONRADI MANNERT, *Lehrer an der Sebalds Schule in Nürnberg* — *Geſchichte der unmittelbaren Nachfolger Alexanders, aus den Quellen geſchöpft.* Leipz. 1787. 8 mai. — Felici auſu hunc laborem auctor aggreſſus eſt et abſolvit. Scriptorum Mannert.

veterum de Alexandro M. narrationes ſedul
git, inter ſe contulit, diiudicavit, arteque c
conciliavit, atque hac via hiſtoriam ipſam cl
rem certioremve reddidit, recentiorumque
res perſpexit et vitavit. Ordine lucido ex
quo modo provinciae, quae Alexandri re
conſtituerant, poſt eius mortem Ptolemaei
lio prima vice inter imperatores diviſae atque
diccas, eorum primus, necatus fuerit. D
exponit ſecundam provinciarum diviſionem
ratione earum rectores ob ſummam rerum
ſe dimicaverint, et ſex eorum titulo regio ſe
verint. Denique oſtendit, quo modo factun
Ptolemaeus, Lyſimachus et Seleucus e reliqu
perſtites manſerint; ſimul deſcribit magnituc
ac potentiam regnorum eorum, cum muta
bus, quas ſubierint, praecipuis. Adiecta eſt h
hiſtoria Graeciae, proprie ſic dictae, inde ab
tigono Gonata usque ad tempora foederis A
ci. Appendix ſiſtit recenſum criticum vet
ſcriptorum, qui res poſt Alexandri mortem g
narrarunt, ſcilicet: *Hieronymi Cardiani*, cuius
re deperdito Diodorus et Plutarchus diligent
ſunt, qui etiam multa de eius vita a Mannert
petita tradunt *), *Appiani*, *Arriani*, *Diodori* S
Plutarchi, *Pauſaniae*, *Memnonis* (e cuius oper
perdito excerpta exſtant in Photii bibliotheca,
lybii, *Polyaeni*, *Juſtini*.

*) Cf. SEVIN *Recherches ſur la vie et ſur les ouvra*
Jérôme de Cardie; in *Mém. de l'Acad. des Inſ*
T. XIII. p. 18 ſqq.

CAP

CAPVT IX.

SCRIPTORES DE ANTIQUITATIBUS GRAECIS GENERALES.

Praeter ſcriptores, ſupra capite I — IV memoratos, v. c. *Gronovii* Theſaurum, *Pauſaniam*, *azium*, aliosque, qui huc etiam faciunt, in cenım veniunt ſequentes:

EVERARDI FEITHII (*Elburgo-Gelri*, *Philologi et Archaeologi Graeci*) Antiquitatum Homericarum libri IV. *Lugd. Bat.* 1677. 12. *Amſtelod.* 1725. 12. *Argentorati*, cura *Eliae Stoeberi* 1743. 8. Et in *Gronovii* Theſ. T. VI. — Auctor, cuius iber poſt eius mortem in lucem prodiit, antiquiates, quae in Homeri carminibus occurrunt, in ordinem ſyſtematicum redegit, dum libro primo exhibentur antiquitates Graecorum ſacrae, ſecundo politicae, tertio domeſticae, quarto militares, adiunctis de agricultura, de venatione, de muſica, de ſaltatione, deque variis ludorum generibus, commentationibus. Reperies igitur hic, quae tradidit Homerus de Diis Graecorum, de locis et miniſtris ſacris, de precibus ac votis, de ſacrificiis, de ſepultura, de luſtrationibus, de divinationibus. Occurrunt deinceps Homerica loca de regibus eorumque inſignibus, iudiciis et poenis; de contractibus civilibus, de haereditatibus, de nuptiis, de liberis ac ſervis. Tum offendes convivia veterum, veſtitum, ornatum, domicilia. Poſtremo de armis, navibus, obſidionibus, proeliis, pace ac foederibus, duce Homero, diſſeritur. Stoeberi editio, prioribus multum emendatior, notis et indicibus aucta, atque figuris illuſtrata, poſt ſe habet: Specimen animadverſionum in antiquitates Homericas, cum ab editore ipſo, tum ab *Joh. Iſaaco Heupelio*, collectarum. Feith.

JOH.

Pfeiffer. JOHANNIS PHILIPPI PFEIFFERI, (*Theol. D. ac P. P. in Academia Regiomontana et* † 1695, *poſtquam religioni Romano-Catholicae ſe a dixerat)* Libri IV Antiquitatum Graecarum, gentilium, ſacrarum, politicarum, militarium et oeconomicarum. *Regiomonti et Lipſ.* 1689. 4. *ibi* 1707. 4. — Nemo ante hunc Pfeifferum antiquitates Graecas tam copioſe, quam in luculento hoc opere factum, pertractavit. Et in *primo* quidem libro ea, quae ad cultum religioſum ſpectant auctor perveſtigat, cumque profeſſus eſſet, ſe neque ex naturae lumine, neque ex fabulis, ſed legibus potius civitatum, hunc Graecorum cultum eſſe eruturum, exponit, qua ratione cultum divinum priſci illi peregerint, tum veneratione numinis, tum adoratione, cuius formulae exhibentur. Deinde penitius cultum hunc conſideraturus, in his tribus conſtitiſſe illum refert, in ſacrificando, libando et ſuffiendo, remque declarat per partes. Qua occaſione et praecipua feſta in Graecia celebrari ſolita, et ludi Graecorum ſolennes certaminaque, Olympica, Pythia, Nemea, Iſthmia, et oracula denique ſtudioſe enarrantur. *Secundo* libro res politicas Graecorum auctor perſequitur, docetque quo modo initio quidem plurimae Graeciae civitates, e. g. Corinthiaca, Meſſeniaca, Eliaca, Arcadica, Athenienſis et Spartana, regio paruerint imperio, poſtea vero paullatim libertati aſſueverint, variam ſub polyarchia fortunam ac viciſſitudines varias expertae. Inde de magiſtratuum apud Graecos electione, veſtitu, officiis, de iudiciorum publicorum ratione, de pecunia, commerciis, de menſuris et ponderibus, de re[illegible] civium et iuventutis praecipue inſtitutione, ut[illegible] praeter morum diſciplinam, ad Gymnaſticam, Mu[illegible] ſicam, Graphicam et Grammaticam eruditi fuer[illegible]

pue[illegible]

ıeri; de ſpectaculis porro, in theatris exhiberi ›litis, cómicis, tragicis, ſatiricis; de publicis ci.um concoenationibus; de legibus ſumtuariis; de ɛſtitu, ſimilibusque aliis differit. Liber *tertius* in ɛponendis rebus militaribus verſatur. Et priıum ꞉quidem, quae ad militiam terreſtrem pertiɛnt, ſive pedeſtris illa ſit, ſive equeſtris, expountur; vocabulis, quorum apud Graecos in re ıilitari uſus fuit, diligenti ſtudio explicatis. Por› de delectu militum, militari iuramento, miliım ſtipendio; de variis armorum generibus; de bſidionibus urbium, ut oppugnatae hae, ut de꞉nſae fuerint; de proeliis eorundemque ineundoım ratione, et id genus aliis tractatur. Denique ıcto ad navalem militiam progreſſu, variae naium ſpecies, et partes variae, navigantiumque fficia, et pugna navalis, ſimiliaque deſcribuntur. *uartus* liber res Graecorum domeſticas compleitur, ubi quam plurimos ritus, qui in privata vi1 locum habuere, ſollicite recenſeri videas. Coloſus in primis auctor eſt in exponendis, quae ad oniugium ſpectant; itaque de requiſito parentum ut propinquorum mulieris, antequam duci poſſet, onſenſu, de ſponſaliorum ritibus, de caerimoniis uptialibus, de divortiis, de ritibus in puerperio, : poſt illud ſervatis, de liberorum educatione iisque agit. Inde ad alios domeſticae vitae actus : inſtrumenta progreſſus, ut dormiverint, ut ciım potumque ceperint, ut concionari conſueerint, ut ludis privatis indulſerint, enarrat, eaue occaſione utenſilium varia genera, quae famiaria Graecis fuere, deſcribit. Ultimo loco de tibus funebribus exponit. Subiiciuntur operi ·es indices, primus rerum et verborum, isque ıculentiſſimus, alter auctorum, tertius locorum odicis ſacri ex antiquitatibus Graecis illuſtratorum.

rum. Defectus operis libere ſatis notavit ipſe Pfeifferi gener, *Chriſtianus Helwich*, Medicinae Doctor Vratislavienſis. Is enim in vita ſoceri (a *Gryphio* in Vitis ſelectis XVII eruditiſſimorum hominum repetita) p. 589: „Helwichius, inquit, ingenue ac libere monebat, ſtilum non ſatis purum in opere iſto fluere, imo interdum vix eſſe grammaticum, opus ipſum, quoad rerum tractationem, eſſe mancum et mutilum, in eo multa eſſe omiſſa, alia vix levi brachio tacta, alia a recentioribus longe maiori diligentia exculta, praetermiſſam fere fuiſſe tractationem de veterum Graecorum muſica, de oraculis, quae tradita ſint, non ſatis eſſe examinata, ac falſitatis convinci poſſe, non ſatis videri penetraſſe aut exhauſiſſe, quae veterum Graecorum concernant architecturam; porro non exacte obſervatam temporum differentiam ac aetates Graeciae varias; neque enim dubitandum, ſicut ex lectione Graecorum auctorum ac poëtarum conſtat, Graecorum mores pro diverſitate temporum alios atque alios fuiſſe; praeterea modum exceſſiſſe auctorem in allegandis Lexicis, et quamvis auctoritate Scaligeri, Caſauboni, Meurſii, Salmaſii, Voſſii ſeſe tueri poſſet, fatendum tamen eſſe, quod, ubi claſſicorum auctorum et Lexicographorum teſtimonia ſimul allegantur, unice illorum auctoritate contentus eſſe, ubi vero hi ſollicitantur, ſuffragium illorum iure optimo deſiderare poſſit lector. Adiecit denique, ſeſe mirari, cur Alexandrum ab Alexandro, Natalem Comitem, Perottum etc. alleget, nuſpiam tamen perdoctos E. Feithii antiquitatum Homericarum libros laudet? Diſplicere etiam, quod non ubivis citati ex auctoribus Graecis textus Graece allegentur. Haec et alia ubi magna cum libertate expoſuiſſet Helwichius, ultimo addit, opus Viri clariſſimi,

ſimi, etſi his aliisque forſan naevis laboret, doctiſſimum tamen eſſe, et Graecarum litterarum ſtudioſis apprime utile ac neceſſarium, ac ex ipſis fontibus hauſtum; nec in hoc genere ſcriptum ullum, quod omnes antiquitates Graecas complexum ſit, quantum ſciat, prodiiſſe, quod cum Pfeifferiano Syntagmate comparari mereatur." Magnus Geſnerus Goettingenſis valde hunc librum amavit, quod auctor adſcripſit loca integra Graecorum, ut non oporteat diu quaerere, ſed ſtatim venire poſſis in rem praeſentem.

Cf. Acta Erud. a. 1689. p. 593 ſqq.

PETRI DANET (*Praeceptoris Delphini regis Ludovici XIV, Socii Acad. Francogallicae Pariſinae* † 1709) Dictionarium antiquitatum Romanarum et Graecarum, in uſum Delphini collectum, digeſtum, et ſermone Gallico redditum. *Pariſ.* 1698. 4. *Amſtelod.* 1701. 4. Danet.

IOHANNIS POTTERI (D. Theol. et Archiepiſcopi Cantabrigienſis † 1747) Archaeologia Graeca, *or the Antiquities of Greece.* Oxford 1699. II Voll. in 8. Eadem ab anonymo *Latine* reddita et ab ipſo auctore aucta, additis figuris aeneis, in *Gronovii* Theſ. T. XII. Eadem verſio ſeparatim prodiit hoc titulo: *Archaeologia Graeca, ſive veterum Graecorum, praecipue vero Athenienſium, ritus civiles, religioſi, militares et domeſtici, fuſius explicati per* Jo. Potterum. *Lugd. Bat.* 1702. fol. max. *Anglice*, cum additionibus verſionis Latinae, *Lond.* 1706. II Voll. in 8 mai. Cum figg. aen. *ibid.* 1728. II Voll. in 8 mai. Cum figg. aen. *Latine*, Venet. 1733. II Voll. in 4 mai. Cum fig. aen. *Anglice*, (quae editio in fronte *ſexta* nominatur) *Lond.* 1740. II Voll. in 8 mai. Cum figg. aen. *ibid.* 1751. II Voll. in 8 mai. Cum figg. aen. Potter.

ibid.

ibid. 1754. II Voll. in 8 mai. Cum figg. ae
Nona vice *ibid.* 1776. II Voll. in 8 mai. Cu
figg. aen. Epitomen Anglicam exhibuit *Ri*
Jackſon (1769) ſupra cap. III a nobis laudat
Theotiſce, cum annotationibus et additionibus,
Joh. Jacobo Rambach, olim eccleſiaſte Quedli
burgenſi, nunc Hamburgenſi, *Halae Saxon.* 177
1778. III Voll. in 8 mai. Cum figg. aen.
Potterus copia rerum, quas undique corraſit, ſ
peravit Pfeifferum: in eo vero huic ſimilis, qu
tempora ſive aetates non ſatis diſtinxerit atque t
ſtimoniorum, quibus narrationem ſuam fulcire v
luit, curam non ſollicitam habuerit. Nom ſe
per etiam, quae omnibus populis communia fu
ab iis, quae Graecis propria fuere, nec hiſtorica
mythicis, ſecrevit. Nihilo minus haec Archae
logia utilitate ſua haud caret; eſt enim, usque du
meliora accipiamus, bibliothecae inſtar. Rouſi
fere ordinem ſecutus Potterus, libro *primo* capi
bus XXVI egit de Athenarum hiſtoria ſecundu
certas periodos, de urbe ipſa, de variis Athenie
ſium magiſtratibus, de eorum rebus forenſibus, (
ſuppliciis ac praemiis, de legibus Atticis, quaru
recenſus ſat amplus exhibetur. Liber *ſecundus* c
pitibus XXV ſiſtit memorabilia de rebus Graec
rum ſacris v. c. templis, ſacerdotibus, ſacrifici
oraculis, vaticiniis, feſtis, ludisque ſolennib
Libro *tertio* continetur res Graecorum militari
cum terreſtris, tum navalis; *quarto* eoque ultim
res, mores et conſuetudines domeſticae. Qu
omnia interpres Theotiſcus mirum in modu
prorſusque laudabilem correxit, auxit, ditavi
Non enim ſolum ſegetem annotationum et caſt
gationum laetam utilemque contextui ſubieci
verum etiam libro primo addidit appendicem, q
re

*) De quo infra inter ſcriptores de antiqq. Atticis.

n civilem Lacedaemoniorum, Cretenſium, The-
norum, Corinthiorum, Argivorum, Aetolio-
m, Archivorum, quid? quod Karthaginenſium,
Pottero neglectam, breviter expoſuit. Porro,
lumini ſecundo praemiſit Potteri vitam et noti-
m plurimorum ſcriptorum generalium de anti-
itatibus Graecis. Quae quidem laude utique
na: ſummam vero meretur propter volumen
tium, quippe quod, integrum a Rambachio ela-
ratum, ea, quae Anglus prorſus omiſerat ſeu
gligenter dixerat, egregie ſupplet. Inſunt n-
rum IX diſſertationes. I. *De chronologia Grae-
um;* ubi dilucide exponitur de eorum cyclis,
ochis, annis, menſibus, diebus. II. *De re mo-
aria Graecorum;* ducibus Spanhemio, Noriſio,
berto aliisque huius generis ſcriptoribus. Sin-
larem operam Rambachius in eo poſuit, ut pe-
niam Graecorum cum noſtra comparaverit, ve-
nque eius pretium ſecundum noſtram conſti-
rit. III. *De ponderibus et menſuris Graecorum;*
undum Pollucem, Eiſenſchmidium, Hoſtum,
buth-otum, propriasque obſervationes. Pon-
ra contulit cum ponderibus Berolinenſibus,
nſuras cum menſuris Berolinenſibus et Ham-
rgenſibus. IV *De litteratura et palaeographia
aeca;* duce potiſſimum Monteſalconio. V *De
aecorum architectura;* praemiſſis nonnullis de re
hitectonica orientali, Aegyptiaca praeſertim,
Graecorum domiciliis, Homeri tempore. De
rum urbibus domisque privatis; de templis,
atris, odeis, gymnaſiis, thermis, portubus etc.
columnarum ordinibus; de materiis, quibus
aeci in aedificando uſi ſunt, praecipue de
erſis marmoris generibus etc. VI. *De re
aecorum ſtatuaria.* Scite compoſuit auctor,
ae ab aliis antea de hoc argumento ſparſim tra-

 dita

dita fuerunt. Indicem confecit chronologicum ſculptorum, quorum memoria ad nos pervenit; praemiſſis memoratu dignis de eorum operibus. Catalogus ſtatuarum veterum ſuperſtitum adiectus mancus eſt, quia auctor Perriero duce uſus eſt. VII *De arte athletica;* copioſe ſatis. VIII *De re ſaltatoria atque de choreis Graecorum.* IX *De coroa re theatrali,* quantum tironibus ſufficiat. — Volumen hocce tertium ſigillatim etiam prodiit hac inſcriptione RAMBACHS *Archaeologiſche Unterſuchungen.*

Cf. *Götting. gel. Anzeig.* a. 1776. p. 76 ſqq. a. 1778. p. 850-855.

Allgem. teutſche Bibl. T. XXXI. p. 282-286. T. XXXIV. p. 264 ſqq. T. XXXVIII. p. 558 ſqq.

Neue philol. Bibl. T. II. p. 11-30. 285-296.

Hoepfner. PAUL CHRISTI. HOEPFNER *(Conrectoris ſcholae Halberſtadienſis)* Graecia antiqua; *oder kurze Fragen von denen alten Gebräuchen der Griechen; aus den bewährteſten Griechiſchen Auctoribus claſſicis zuſammen gezogen und mit nöthigen Regiſtern verſehen.* Hal. Magdeb. 1710. 12. — Primum antiquitatum Graecarum compendium Theotiſce ſcriptum, quod vero vix tironum uſui reſpondet.

Pitiſcus. PITISCI Lexicon tradit quidem etiam antiquitates Graecis ac Romanis communes, praecipue tamen Romanis peculiares; quapropter infra inter libros de antiquitatibus Romanis commemorandum.

Bos. LAMBERTI BOS, *Lingu. Graec. in Acad. Franequ. Profeſſoris* († 1717) Antiquitatum Graecorum, praecipue Atticarum deſcriptio brevis. *Franeckerae* 1714. 12. *Bernae et Francof.* 1716. 12. *Haſniae* 1721. 12. His editionibus auctoris nomen non praefixum: ſequentes vero illud praefeferunt.

ferunt. *Francoſ.* 1730. 12. *Helmſt.* (curante *Iulio Carolo Schlaegero)* 1739. 8. *Lugd. Bat.* 1740. 8. Teſtimonia e fontibus et quasdam obſervationes adiecit IO. FRIDER. LEISNER (Rector Scholae Thomanae Lipſienſis † 1767) *Lipſ.* 1749. 8. *ibid.* (auctius) 1767. 8. *Francogallice* cum Leiſneri notis a *la Grange*, Pariſ. 1769. 12. — Parvus libellus, ſed ad praelectiones aptus, ideoque ſaepius recuſus. Quatuor libris, variis capitibus diſtinctis, ſiſtuntur res Graecorum religioſae, civiles, militares ac domeſticae.

MELISSANTES (i. e. JOH. GODOFR. GREGORII) *Neueröffnete Schatz-Kammer Griechiſchen Antiquitäten.* Frankfurt und Leipz. 1717. 8. Compilatio cruda et vitioſa. Meliſſantes ſ. Gregorii.

IOH. CASP. SANTAROC Deſcriptio brevis antiquitatum Graecarum; cum *eiusdem* Breviario antiquitatum Rom. *Francoſ.* 1730. 12. Santaroc.

CHRISTIANI BRUENINGS, *Bremenſis, Gymnaſii Crucenacenſis in Palatinatu Rectoris (poſtea Doctoris et Prof. Theol. Heidelbergenſis* † 1763) Compendium antiquitatum Graecarum e profanis ſacrarum, quod *idem* collegit, naturali ordine diſpoſuit, et ad ſacrarum litterarum illuſtrationem paſſim accommodavit, indicesque neceſſarios adiecit. *Francoſ. ad Moen.* 1734. 8. Editio auctior et emendatior, cui etiam acceſſit appendix de triumpho Romanorum, *ibid.* 1745. 8. ibid. 1759. 8. — Auctor, dum praeſertim codicem ſacrum ex antiquitatibus Graecorum profanis illuſtrare vellet, XXXV capitibus egit de partus ritibus apud Graecos, de eorum cibo et potu, de veſtitu, de educatione iuventutis, de ſervis, de coniugio, de militia, de armis, de caſtris, de victoria, de militia navali, de magiſtratu, de concione, de iudiciis, de poenis et ſuppliciis, de religione, de diis Graecorum, de ſa- Brünings.

cerdotibus, de templis, de precibus, de ſacrificiis, de conviviis, de luſtrationibus, de divinationibus, de oraculis, de feſtis, de myſteriis, de ludis, de ſepulchris, de ſepeliendi ritibus, de amore et honore defunctis exhibito, de teſtamentis, de temporis diviſione, de pecunia, de menſuris.

Abel. CASP. ABELS *Griechiſcher Alterthümer zweyter Theil, worinnen von der Landes-Beſchaffenheit, und Fruchtbarkeit, der Einwohner Sprache, Sitten und Regiments-Verfaſſung, ihre Religion, Götzen und Tempel, Oracula und Wahrſagereyen, Opfer, Feſte und Spiele, ingleichen derſelben Wiſſenſchaften und Gelehrte, und ihre merkwürdigſten Gebräuche vorgetragen werden.* Leipz. u. Gardelegen 1739. 8. Prima huius compilationis pars, hiſtoriam Graeciae antiquae pertractans, ſupra ſuo loco indicata eſt.

Havercamp. SIGEBERTI HAVERCAMPI (*Profeſſoris Hiſtoriarum, Graecae linguae et eloquentiae Lugduno-Batavi* † 1742) Antiquitatum Graecarum, praecipue Atticarum, brevis deſcriptio. *Lugd. Bat.* 1740. 8 mai. — Succincte preſſeque omnia, quae ullo modo in hoc genere memorabilia videri poſſint, tradita ſunt.

Menard. MENARD *Moeurs et uſages des Grecs.* v. ſupra cap. III.

Bolla. IOH. BAPTISTAE BOLLA *Griechiſche Alterthümer.* Wien u. Leipz. 1773. 8. — Sunt varia e ſcriptoribus Graecis excerpta, ad modum Aeliani.

CAPUT

CAPVT X.

SCRIPTORES DE ANTIQUITATIBUS GRAECORUM SACRIS.

SECTIO I.

Scriptores generales.

Omnes fere ſcriptores, in capite proxime praecedente enumerati, de antiquitatibus Graecorum ſacris quoque tradiderunt. Sigillatim vero dataque opera easdem expoſuit

IOH. GOTHOFREDUS LACKEMACHER, *Profeſſor Graecae et orientalium linguarum Helmſtadienſis* († 1736) *in libro ſic inſcripto:* Antiquitates Graecorum ſacrae. *Helmſtad.* 1734. 8. *ibid.* 1744. 8. — In quo libro, eleganter, concinne ordineque lucido compoſito, vix quidquam ad hoc argumentum ſpectans fruſtra quaeſiveris. Lackemacher.

Antea ſcriptores de plurimis rebus huc pertinentibus expoſuerunt ſequentes:

IOH. FASOLDI ΙΕΡΟΛΟΓΙΑ ſeu de plurimis Graecorum gentilium antiquitatibus ritibusque ſacris, in primis de feſtis diebus, ſacerdotibus, templis et aris, de ludis item ac certaminibus Diſſertatio. *Jenae* 1676. 12. Et in *Gronovii* Theſ. T. VII. p. 521 ſqq. Faſold.

GOTHOFREDI VOIGTII Antiquitates Graecorum nondum Chriſtianorum eccleſiaſticae, ex ſcriptoribus vetuſtiſſimis erutae. *Roſtock.* 1678. 4. Voigt.

Abbé COYER *Diſſertation ſur la différence de deux anciennes Religions, la Grecque et la Romaine,* à Paris 1755. 12. — Religio Romana erat filia Graecae: cum vero filiae non ſemper et in omnibus rebus ſimiles ſint matribus, Romana etiam religio Coyer.

ligio non in omnibus Graecae reſpondet, utpote quae variis additionibus et mutationibus faciem paullo diverſam acceperit. Quo modo igitur haec ſe habuerint, oſtendere ſtudet auctor, ſimulque Romanos cultum Deorum ſapientiorem ſectatos eſſe demonſtrat.

Foucher. *Abbé* FOUCHER *Recherches ſur l'origine et la nature de l'Hellénisme ou de la Religion de la Grèce;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcr.* T. XXXIV. p. 435 - 454. XXXV. p. 1 - 88. XXXVIII. p. 337 - 541. — Octo ſunt diſſertationes, in quibus auctor acumine critico et philoſophico antiquioris Graecorum religionis indolem indagare atque illuſtrare ſtudet. Paſſim ingenio nimium indulgere videtur.

SECTIO II.

Scriptores de diis, templis et locis ſacris.

Bayer. GOTTLIEB SIEGFR. BAYERI Diſſ. de Diis vialibus Graecorum. *Regiomont.* 1718. 4.

Olivet. IOSIAE OLIVETI de Theologia Graecanica Commentarius, e Gallico Latine verſus a *Franc. Odino;* in *Ciceronis* Opp. cura *Joſ. Oliveti* (Pariſ. 1740. 4) T. III. p. 631 ſqq.

Freytag. FRID. GOTTHILF FREYTAG Proluſio de Graecorum Deis Deabusque κεροτροφοις. *Nuburgi* 1743. fol.

Dickinſon. EDMUNDI DICKINSONI *(D. Med. et Archiatri Caroli II, reg. M. Brit.)* Delphi Phoenicizantes, ſive Tractatus, in quo Graecos, quicquid apud Delphos celebre erat (ſeu Pythonis et Apollinis hiſtoriam, ſeu Paeanica certamina et praemia, ſeu priſcam templi formam atque inſcriptionem, ſeu Tripodem, Oraculum etc. ſpectes) e Joſuae hiſtoria, ſcriptisque ſacris effinxiſſe, oſtenditur. Accedit Diatriba de Noae in Italiam adventu et de origine

rigine Druidum. *Oxon.* 1655. 8. *Francof.* 1670. 8. t in *Thom. Crenii* Faſciculo Opuſculorum ad hitoriam et philologiam ſacram ſpectantium (*Roterod.* 693. 8.) Faſc. I. p. 1 ſqq. — Anglus haud aucas ſpargit nugas doctas.

CASP. SAGITTARII Diſſ. de oraculo Apollis Delphico. *Jenae* 1675. 4. Sagittarius

CAROLI VALOIS DE LA MARE *Diſſertation es richeſſes du Temple de Delphes, et des différens illages qui en ont été faits;* in *Hiſt. de l'Acad. des nſcriptt.* T. III. p. 73 - 78. — Sexies temlum Apollinis Delphicum fuiſſe reſtitutum, deonſtrat auctor. Deinde de theſauris ibi reconitis et eorum ſpoliatione ſacrilega, à variis princiibus populisque tentata, diſſerit. Valois.

HARDION *Diſſ. III ſur l'Oracle de Delphes;* bid. *Mémoires* p. 137 - 190. — Omnia fere, uae veteres de hoc oraculo tradiderunt, in his iſſertationibus ſedulo collecta et illuſtrata ſunt. ecunda hiſtoriam urbis, Delphorum, exponit. Hardion.

CLAUDII SALLIER *Nouvelle conjecture, ſur oracle de Dodone;* in *Hiſt. de l'Acad. des Inſcriptt.* T. V. p. 35 ſqq. Sallier.

DE BROSSES *Mémoire ſur l'oracle de Dodone;* bid. T. XXXV. p. 89 - 132. Ingenioſe, ſed non ibique ſatis docte, auctor de oraculo iſto diſputat. Bene cauſſas exponit, quare oracula per ſe abſurla a priſcis et incultis Graecis inventa, ab eorum oſteris intelligentioribus credita et tanquam fide igna culta fuerint. de

IOH. IUSTI SPIER Diſſ. de templi Corinthiai ſuperſtructoribus. *Vitemb.* 1745. 4. Spier.

SECTIO III.

Scriptores de Graecorum ſacerdotibus et perſonis ſacris.

van Dale. ANTONII VAN DALE Diſſertatio de Pontifice maximo, Vicario Pontificis, Rege ſacrorum, Archontibus; in *eiusd.* Diſſertatt. Antiquitatibus inſerv. (*Amſtelod.* 1702. 4.) p. 175 - 229. — Magis ad rem Romanam, quam Graecam, ſpectat. Probatur, regis ſacrorum munus apud Romanos a Graecis, et quidem Athenienſibus, originem traxiſſe, apud quos ſacrificiis ſacrorumque iudiciis rex ſacrorum praefuerit. In Athenienſi republica poſt abrogatos reges, ſummi ſacerdotii adminiſtrationem pro parte quoque Archontibus, in primis eponymo; i. e. illi, qui inter novem annuos Archontes primus erat, et Dionyſia ſive Bacchica ſacra, uti et Thorgelia, curabat, competiiſſe docet; alterum fuiſſe regem ſacrorum; tertium inter Archontes Polemarchum, qui ſacrificavit Dianae et Marti.

Eiusdem Diſſertatio de Pontificibus ſive ἀρχιερεῦσι Graecorum, Aſiarchis, etc. *ibid.* p. 230-298.— Ἀρχιερέας docet auctor vel ſingulis urbibus vel provinciis integris praefuiſſe, et horum quidem exemplo inter Chriſtianos poſtea ortos Epiſcopos Metropolitanos. Inde de Aſiarchis agit, qui praeſides caeterorum Aſiae ſacerdotum fuerint, atque ludis certaminibusque publicis, quatenus illa ſacra eſſent, Diisque aut Imperatoribus dicata, praefuerint. An autem plures ſimul fuerint Aſiarchae, disquirit, cum Act. Apoſt. XIX, 31 mentio fiat Ἀσιαρχῶν; quod tamen ita factum ſcribit, quod illo tempore adeſſent, qui olim Aſiarchatus munus geſſerant. Ex Ariſtide tamen probat, plures,

ac

ac quidem diverſis ex urbibus fuiſſe Aſiarchas, unumque ex his primum, caeteros aſſeſſores aut ſocios. In numis etiam conſpici ſaepe plures ac diverſos diverſarum civitatum Aſiarchas; hos ex Ἀρχιερεῦσι promotos, et τὸ Κοινὸν ſive Commune tredecim urbium, ſuum habuiſſe Aſiarcham; qua occaſione de hac, aliisque Graecorum Communitatibus, notatu digna affert auctor.

CHRIST. SIBERI Diſſ. de Aſiarchis, ad Actor. XIX, 31; in *Theſauro theol. philol.* (Amſtel. 1702. fol.) T. II. p. 487 ſqq. Siber.

CHRISTI. SCHOETTGENII Obſervatio de Aſiarchis ad Actor. XIX, 31; in *Miſcell. Lipſ.* T. V. p. 178 - 185. — Aſiarchas fuiſſe magiſtratum non ſacrum, ſed civilem, auctor probare ſtudet. Schöttgen.

PETRI ADOLPHI BOYSEN Diſſ. hiſtorica et critica ad Actor. XIX de Aſiarchis. *Halae Saxon.* 1716. 4. Boyſen.

EZECH. SPANHEMII Diſſ. de — Veſta et Prytanibus Graecorum; ſupra Vol. II. P. I. p. 86 ſqq. laudata. Spanhemius.

A. VAN DALE Diſſ. de Stephanephoris, Prytanibus, Strategis et Scribis Graecorum; in *eiusd.* Diſſ. laud. p. 360 - 429. — Non de Stephanephoris quibuscunque — omnes enim ſacerdotes coronatos ſacrificaſſe conſtat — ſed de iſtis, qui peculiare ſacerdotum, quin et magiſtratuum genus conſtituerint, auctor agit. Non alios vero fuiſſe putat, quam Pontifices Maximos, et vel Herculis, vel alius Dei Deaeve, quin et Auguſtorum Auguſtarumque ſacerdotes; praefuiſſe autem eos quoque ludis ac certaminibus, fere ut ſacerdotes Neocoros. De Prytanibus Graecorum docet, eos et ſummos magiſtratus, et ſacrorum praeſides, etſi non peculiares certi alicuius Dei v. Dale.

ſacerdotes fuiſſe; plures quandoque in una c
tate, praeterquam Athenis, fuiſſe Prytanes, f
quoque Prytanes foeminas, quae tamen in
gimine politico locum non habuerint. Str
gorum etiam illuſtre fuit inter magiſtratus a
Graecos nomen, adeo ut ſuo adhuc temp
Conſtantinus Magnus, iam Auguſtus, Στρατη
Athenienſium appellari voluerit, idque ſibi g
riae duxerit; quod munus tamen non idem
omnibus civitatibus, nec idem ſemper in ead
fuiſſe, auctor obſervat. Non tam bellicum, p
ſterioribus ſaltem temporibus, quam civile
politicum fuiſſe, et ad id annonae curam in
alia ſpectaſſe docet.

de Berger. IOH. GUIL. DE BERGER Progr. de S
phanephoris veterum. *Viteb.* 1725. 4.

Blanchard. BLANCHARD *ſur l'origine et les fonctions*
Prytanes, et ſur les Prytanéens; in *Hiſt. de l'Ac*
des Inſc. T. VII. p. 57 - 67. Compilatio ſat bo

Bertram. IOH. FRID. BERTRAM *kurze Nachricht*
denen Prytaneis und Prytanibus derer alten Gr
chen. Halle 1725. 4. — Variae horum vo
bulorum ſignificationes docte exponuntur.

le Moine. STEPHANI LE MOINE Epiſtola ad G
Cuperum de Melanophoris; adiecta Cuperi H
pocrati. Cf. ſupra Vol. III. P. I. p. 39 ſqq.

Bidermann. IOH. GOTTL. BIDERMANNI de Paſtop
ris proluſio. Numburg. 1746. 4. Et in ei
Otiis litterar. (*Lipſ.* 1751. 8.) P. I. p. 180-1

Rubenius. ALBERTI RUBENII Diatriba de urbi
Neocoris; ad calcem libri poſthumi de re ve
ria veterum. *Antwerp.* 1665. 4; et in *Gra*
Theſ. Antiqq. Rom. T. XI. p. 1347 ſqq.

v. Dale. A. VAN DALE Diſſ. de Neocoris ſacerd
bus, et urbibus Neocoris; *l. c.* p. 299 - 359.
Ex eo, quod quis dicatur κράτιςος νεωκό

ec

allegat. Inferias et ſacrificia mortuorum; ſepulcra coronis ornata; habitas in ſepultura honoratiorum funebres orationes; inſtituta nonnunquam ad ſepulcrum ſpectacula; ſuſceptamque poſt obitum bene de republica meritorum apotheoſin dilucide explanat. Reverſis domum funeſtum, luſtrationem eius ſcrutatur, epuliſque funebribus intereſt. Sub finem denique ad ſtatum defunctorum poſt mortem, quem Graeci olim crediderint, conſiderandum ſeſe confert, occaſionemque arripit examinandi, quidnam fuerit Grecaorum ἅδης, eosque trifariam ἅδην diſtinxiſſe monet.

Cf. Acta Erud. a. 1687. p. 52 ſqq.

CAROLI HENRICI LANGII Diſſ. de luctu veteris Graeciae ex Euripide. *Lubecae* 1736. 4. Lang.

SIEGFRIDI COESI AB AEMINGA Progr. de luctu aevi antiqui et diverſis lugendi temporibus. *Gryphisw.* 1751. 4. ab Aeminga.

JOH. FRID. ECKHARDI Progr. de luctu immoderato apud veteres. *Iſenaci* 1758. 4. Eckhard.

U 2 CAPUT

CAPVT XIII.

SCRIPTORES DE ANTIQUITATIBUS SINGULARUM RERUMPUBLICARUM GRAECARUM.

SECTIO I.

Scriptores de antiquitatibus Atticis.

Meurſius. JOH. MEURSII libri et libelli, hiſtoriam et ar tiquitates Athenienſium illuſtrantes, ſupra c pite V indicati.

Stephanus. HENRICI STEPHANI Dialogus, Dicaearc Sympractor, vel de Graecorum moribus, pra ſertimque Athenienſium, ſupplementum; in *Gr novii* Theſ. T. XI. p. 53 ſqq.

Rous. FRANCISCI ROUS (*Haltonenſis Cornwallia Theologi Puritani, Collegii Mortonenſis Oxoniae j cii*, et *Archaeologi* † 1659) Archaeologiae Attic Libri VII; *or ſeven Books of the Attik Antiquiti* Londini 1637. 4. Hic liber, quem auctor adhu iuvenis bono ordine conſcripſit, et qui praecipu ad fori Attici et iudiciorum diſciplinam accura cognoſcendam valde utilis eſt, ſaepius, decies ce te, cum Londini, tum Oxoniae, typis repetit eſt. Vivo adhuc auctore, neſcio quo anno p

Boganus. mum, ZACHARIAS BOGANUS, itidem Theolo gus Puritanus Oxonienſis († 1659,) operi manu admovit obſtetricias, idque ſupplementis aux Editionis ſequentis indicem dare poſſumu FRANCIS ROUS Archaeologiae Atticae libri ſ ptem, *containing the Deſcription of the Cities, Glor Government, diviſion of the People, and Towns, wit in the Athenian Territories, their Religion, ſuperſ tion etc. With an Addition of their Cuſtoms in Ma riag*

iages, *Burials*, *Feaſtings*, *Divinations* etc. *By* :ACHERY BOGAN. *Lond.* 1674. 4. *Nona* edi-io prodiit *ibid.* 1685. 4. Opus *Batava* civitate lonavit *Henricus van Rhenen*, eccleſiaſtes Jutfa-ienſis, *Amſtelod.* 1688. 8.

POTTERUS et LAMBERTUS BOS, ſupra ca- ite nono laudati, potiſſimum antiquitatum Atti- :arum rationem habuerunt.

SECTIO II.

Scriptores ſpeciales.

TOBIAE ECKHARDI Diff. de Athenis ſuper- itioſis ad Act. XVII, 22. 23. *Viteb.* 1688. 4. Et ı Theſ. theol. philol. T. II. p. 461 ſqq.

JOH. JAC. HELLERI Exercitatio de Deo ;noto Athenienſium; in *Gronovii* Theſ. T. VII. 221 ſqq.

CHRIST. FRANC. PAULLINI *kurze Abhand-ng von dem unbekanndten Gott zu Athen;* in eiusd. *ritverkürzenden erbaul. Luſt.* (Francof. 1697. 8) . III. p. 620-626.

JOH. LAUR. MOSHEMII Diff. de ignoto At-corum Deo ad Act. XVII, 23. *Helmſt.* 1725. 4.

ANTONII ANSELME *Diſſertation ſur le Dieu nconnu des Atheniens;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcr.* T. IV. p. . . .

JOH. HORNEII Diff. de praecipuis quibus-am diebus feſtis Athenienſium. *Helmſt.* 1660. 4.

JUL. CAR. SCHLAEGERI Diff. de Athenienſi-us, civitatem ſuam ſanguine humano luſtranti-us, ad I Cor. IV, 13. *Helmſt.* 1739. 4.

FRID. STRUNZII Oratio de navibus Athe-ienſium ſacris. *Vitemb.* 1719. 4.

* * *

De rebus Athenienſium civilibus ſeu politicis videndi, quos ſupra cap. V laudavimus, deinde ſequentes:

Blanchard. ELIAE BLANCHARD *Obſervations générales ſur les Tribunaux établis à Athenes, pour le maintien des Loix et pour regler les differens, qui s'elevoient entre les particuliers;* in *Hiſt. de l'Acad. des Inſcriptt.* T. VII. p. 51-56. Cum alii Areopagum, ſupremum iſtud iudicium, curatius deſcripſerint, auctor reliquorum Athenis conſtitutorum tribunalium rationem breviter adumbrat.

Idem *ſur les Heliaſtes;* ibid. p. 68-73. Haec diſſertatio eſt quaſi continuatio modo laudatae.

Boecler. JOH. HENRICI BOECLERI Diſſ. de probatione magiſtratuum Athenienſium, ad Lyſiae Orat. XV et XXX; in *eius* Diſſ. acadd. T. II. p. 942 ſqq.

Born. JACOBI HENR. BORNII de ſortitione magiſtratuum Atticorum, contra Pythagoraeos defenſa, Diſſertatio epiſtolica. *Lipſ.* 1734. 4.

Eiusdem Diſſ. epiſtolica de Delphinio, Athenienſium tribunali. *Lipſ.* 1735. 4.

Krebs. JOH. TOBIAE KREBSII (praeſide *Frid. Menzio)* Diſſ. de Ephetis, Athenienſium iudicibus. *Lipſ.* 1740. 4. Et in *eiusdem* Opuſculis academicis et ſcholaſticis *(Lipſ.* 1778. 8 mai.) p. 1 ſqq.

De Senatu Areopagitico ſcriptores v. ſupra cap. XI.

Hauptmann. JOH. GODOFR. HAUPTMANNI Progr. de legibus Atticis, ſingulatim ab Andocide memoratis . . . .

Eiusdem Progr. de latione et conſervatione legum apud veteres Graecos, ſingulatim Atticos. *Gerae* 1760. 4.

Eiusdem Diſp. de Foro Attico. *ibid. eod.* 4.

Eiusdem Progr. de modo, in Attico foro ver-
andi. *ibid.* 1761. 4. Ex Andocide potiſſimum.

CHR. GODOFR. GRABENERI de Epimenide, Grabener.
Athenarum luſtratore, animadverſiones antiqua-
iae, ad Laërt. L. I. cap. X. §. 3. Segm. 110.
Miſenae 1742. 4.

JOH. TOBIAE KREBSII Decretum Athenien- Krebs.
ium in honorem Hyrcani Pontificis Max. Judae-
rum factum, Commentario hiſtorico grammati-
o critico illuſtratum. *Lipſ.* 1751. 4. — Auctor
ecretum iſtud ita exhibet, ut Gelenius idem a.
691 cum interpretatione Latina ediderat: quia
ero haec verſio paſſim ſenſu caret ipſeque textus
itioſus apparet, hunc emendatum illamque pror-
us novam ſiſtit. Loca decreti obſcura cum hiſto-
ce tum philologice illuſtrantur.

BLANCHARD *Obſervations ſur les Loix qui au-
toriſoient les Adoptions à Athenes;* in *Hiſt. de l'Acad.
s Inſcr.* T. XII. p. 68-74. Blanchard.

JOH. NARDII Animadverſio de funeribus Nardius.
Atheniensium; ſubiuncta *Lucretio*, in uſum Del-
phini edito (*Pariſ.* 1680. 4.) p. 569-586.

CHRISTOPHORI MEINERS, Prof. ord. Phil. Meiners.
Goetting. *Geſchichte des Luxus der Athenienſer
von den älteſten Zeiten an bis auf den Tod Philipps
von Macedonien; eine Abhandlung, welche bey der
Heſſen-Caſſelſchen Geſellſchaft der Alterthümer den
uf das Jahr* 1781 *ausgeſetzten Preis erhalten hat.*
Caſſel 1781. 4. Editio altera paullo auctior.
Lemgov. 1782. 8. — Auctor more ſuo, h. e.
doctrina rara, et acumine ſubtili, atque ex fonti-
bus limpidiſſimis derivat cauſſas, rationem et
eventus luxuriei apud Athenienſes, tempusque
definit, quo malum iſtud ortum fuerit, quo deſie-
t. Periclem cum Aſpaſia ſua vividis verisque
coloribus pinxit.

ruerit, docte oltenditur, luxus publicus probe diſcernitur, largaque teſtimo exemplorum meſſis exhibetur.

Tychſen. THOMAS CHRISTIAN TYCHSE Profeſſoris Philoſ. Goettingenſis) *über der Athenienſer und deſſen Einfluſs auf eine Abhandlung welche bey der Heſſen Geſellſchaft der Alterthümer das zweyte A ten hat.* Goettingen 1782. 8. — (nes inſunt ſuper hoc argumento admo ingenioſaeque, ex aſſiduo Graecorum ſtudio enatae, ſine multis verborum am poſitae, admiſſis ſolummodo iis, qua nem propoſitam tangunt. Tres luxus di conſtitutae, prima ſub Piſiſtrato, ſe Pericle et ad finem usque belli Pelo tertia, ex quo Athenae a Spartanoru Thebanos liberatae ſpiritus reſumſerun

CAPVT XIV.

SCRIPTORES DE ANTIQUITATIBUS LACEDAEMONIORUM, PRAESERTIM DE EORUM LEGIBUS ET DE LYCURGO.

PLUTARCHI inſtituta Laconica; in *eius* Operibus, v. c. ſecundum editionem *Francof.* (1620. fol.) T. II. p. 239 ſqq. Plutarchus.

Separatim eadem, cum Plutarchi excerptis apophthegmatibus Laconicis, edidit et recenſuit THEOPH. ERDM. GIERIG, Scholae Lennep. ad Rhen. Rector, *Lipſ.* 1779. 8 mai. Qui ſimul probat, utrumque libellum a Plutarcho ipſo minime proficiſci, ſed eundem forte a doctore quodam ſcholaſtico ex aliis Plutarchi ſcriptis compilatum eſſe. —

Eiusdem Lycurgus, inter *eius* Vitas parallelas.

JOH. MEURSII Miſcellanea Laconica, ſupra cap. VI laudata. Meurſius.

ANTONII DE GUEVARA de Lycurgo et legibus ab eo latis Diſſertatio; in *eius* Epiſtolis (*Colon. Agr.* 1640. 8.) T. I. p. 18-31. de Guevara.

LUD. FRANC. JOSEPHI DE LA BARRE *Eclairciſſements ſur l'hiſtoire de Lycurgue*; in *Mém. de l'Acad. des Inſcr.* T. VII, p. 262-272. — Auctor diverſas veterum narrationes de Lycurgo, eiusque aetate et vita, examinat easque inter ſe conciliare ſtudet. de la Barre.

BOUHIER docte agit de aetate, qua Leobotas Lacedaemone regnavit et Lycurgus leges tulit, ſecundum Herodotum; in *Recherches et Diſſertations ſur Herodote* p. 169 ſqq. Affirmat ſcilicet Herodotus L. I. cap. 65, Lacedaemonios affirmaſſe, Lycurgum eo tempore leges civitati ſuae tuliſſe, Bouhier.

tuliſſe, quo erat tutor Leobotae, ſui ex fratre nepotis. Meurſius iamdudum obſervaverat, hiſce Herodoti verbis errorem ſubeſſe manifeſtum, cum certum ſit, Lycurgum leges ſuas non niſi anno trigeſimo Archelai, qui erat a morte Leobotae centeſimus tertius, in publicum edidiſſe. Ex eo liquido apparet, textum Herodoti in mendo cubare, idque Buhierius tollere nititur.

✣ ✣ ✣

Lochmann. GOTTFR. LOCHMANNI Diſſ. de furti apud Lacedaemonios licentia. *Lipſ.* 1674. 4.

Gribner. JOH. SIGISM. GRIBNERI Diſſ. de furti apud Lacones licentia. *Lipſ.* 1705. 4. — Primum de veritate huius legis a Lycurgo latae eiusque genuino ſenſu diſpicitur; quod ſcilicet conceſſum fuerit ſaltem iuvenibus — non aeque etiam aliis — ut impune quicquid rerum ad victum ſpectantium poſſent, quo et ligna pertinuere, ſed tamen callide, furarentur, eo potiſſimum fine, ut callidi, ad paranda neceſſaria ſollertiores, verbo, militiae redderentur aptiores. Hinc tam tenuis ipſis dabatur victus, ut cogerentur, inopiam rebus furto ablatis profligare, laudabanturque, qui occulte id feciſſent, contra deprehenſi virgis caedebantur. Huius legis iuſtitiam auctor evincere et defendere ſtudet.

Krigel. ABRAHAMI KRIGELII Diſſ. de Lycurgi legibus, quas Lacedaemone de puerorum educatione tulit. *Lipſ.* 1726. 4.

Hetzer. JOH. CHRIST. HETZERI Diſſ. de Lacedaemoniorum Ξενηλασίᾳ, ſeu rigore adverſus peregrinos. *Lipſ.* 1671. 4.

de la Nauze. LUDOVICI DE LA NAUZE *Diſſertation de la loi des Lacédemoniens, qui defendoit l'entrée de leur pais aux étrangers;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcriptt.* T. XII.

T. XII. p. 159 - 176. — Francogallus doctiſſimus explicat legis iſtius ſingularis originem, rationem, commoda et incommoda, effectus et violationes.

JULII CAR. SCHLAEGERI Diff. philologica de Helotibus, Lacedaemoniorum ſervis. *Helmſt.* 1730. 4. Schläger.

JOHANNIS CAPPERONIER *Recherches ſur l'hiſtoire et l'eſclavage des Hilotes;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcr.* T. XXIII. p. 271 - 285. Prima huius diſſertationis pars ſiſtit Helotarum hiſtoriam ſuccinctam et ex probatiſſimis ſcriptoribus, quorum teſtimonia in margine accurate laudantur, deductam: altera, eorundem ſtatum ſervilem. Capperonier.

BENJAMINI LISTII de amore Lacedaemoniorum erga pueros honeſto Commentatio. *Lipſ.* 1743. 4. Liſt.

JUL. CAR. SCHLAEGERI Schediaſma de iure caelibatus apud Lacedaemonios; praemiſſum *eiusdem* Faſciculo differtt. rar. de antiquitt. *Helmſt.* 1743. 4. Schläger.

GUIL. CHRIST. JUSTI CHRYSANDRI Symbola philologica de templo mortis apud Lacedaemonios. *Gottingae* 1748. 4. Chryſander.

JOH. GODOFREDI HAUPTMANNI Proluſiones III de cauſſis et gradibus mutationis Laconicarum Lycurgi legum. *Gerae* 1765. 4. Hauptmann.

(JACOBI WEGELINI, Profeſſoris Hiſt. in Academia equeſtri Berolinenſi) *Politiſche und moraliſche Betrachtungen über die ſpartaniſche Geſetzgebung des Lycurgus.* Lindau, Frankfurt und Leipzig 1763. 8. — Auctor ingenioſus paulloque paradoxis ſententiis indulgens ſtrenuum Lycurgi eiusque legislationis defenſorem agit. Simul ſiſtere ſtudet imaginem reipublicae perfectae, Spartanae

nae fere ſimilis. Dictio eſt impura, obſcura atque contorta.

Cf. *Götting. gel. Anzeig.* a. 1763. p. 769 - 774.

Briefe, die neueſte Litteratur betreffend. P. XXII. p. 93 - 146. Cenſor, ABBTIUS, ut videtur, ſuas de Lycurgi legislatione ſententias acutas admiſcuit.

de Gourcy. *Abbé* DE GOURCY *Hiſtoire philoſophique et politique de Lacedemone et des Loix de Lycurgue: où l'on recherche par quelles cauſes et par quels dégrés ces loix ſe ſont alterées juſqu'à ce qu'elles ayent été anéanties; et l'on montre que la republique s'affoiblit et ſe précipita vers ſa ruine par les mêmes cauſes et les mêmes dégrés.* à Nancy 1768. 8 mai. — Auctor omnes Lycurgi leges recenſet, et quae in illis laudanda, quae vituperanda ſibi videntur, indicat. Praeſtitit etiam, quae libri inſcriptio pollicetur; ideoque ab academia inſcriptionum Pariſina dignus habitus, cui praemium, optimae ſuper eo argumento diſſertationi tunc temporis propoſitum, adiudicaretur.

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1768. p. 1149 ſqq.

Mathon de la Cour. (CAROLI JOSEPHI) MATHON DE LA COUR, *le fils* — *Par quelles cauſes et par quels dégrés les loix de Lycurgue ſe ſont alterées chez les Lacédemoniens, juſqu'à ce qu'elles ayent été anéanties: Diſſertation qui a remporté le prix dans l'Acad. Royale des Inſcriptions. Avec des Notes, concernant les principaux traits de l'hiſtoire de Lacédemone.* à Lyon et ſe trouve à Paris 1768. 8. — Et hic libellus partem praemii modo memorati reportavit. Auctor eius, quae Meurſius, Cragius aliique collegerunt, dextre in uſus ſuos convertit, cauſſasque in primis, quibus Lycurgi leges ſenſim interierunt, ingenioſe indagavit.

J. F.

J. F. VAUVILLIERS (Profeſſoris litterarum Graecarum regii Pariſini) *Examen hiſtorique et politique du Gouvernement de Sparte: ou Lettre à un ami ſur la législation de Lycurgue, en réponſe aux doutes propoſés par Mr. de Mably, contre l'ordre naturel et eſſentiel des Sociétés politiques.* à Paris 1769. 12 mai. — Leges iſtae ab auctore ſub examen acerrimum vocantur, maximamque partem, tanquam nimis durae, iniuſtae et iniquae, reprehenduntur. Idem ſcriptores, quorum ſententiae illi haud arrident, modeſte refellit, dictioneque utitur valde probabili. Vauvilliers.

CAPUT

CAPVT XV.

CRIPTORES DE CHRONOLOGIA GRAECORUM.

De Chronico Pario ſive primo marmore Arundeliano v. caput ſequens, in quo ſcriptores de inſcriptionibus Graecis recenſentur. Hoc loco notamus ſequentes.

Allatius. LEONIS ALLATII de menſura temporum antiquorum, et praecipue Graecorum, Exercitatio. *Coloniae Agrippinae* (ſ. potius *Amſtelodami*) 1645. 8. — *Bartoldus Nihuſius* hunc librum in lucem protraxit, cum Allatius bibliopola, qui eundem redimeret, deſtitutus eſſet. Capitibus XIX omnia fere, quae ad chronologiam Graecorum faciant, docte quidem, ſed non ordine ſatis lucido auctor expoſuit. Taedet etiam lectores caſtigationum et reprehenſionum Scaligeri, iuſto ſaepius obviarum. Liber caeterum rarus recentiorum operibus ſuperatus eſt.

Cf. BAUMGARTENII *Nachrichten von merkwürd. Büchern.* T. III. p. 350 ſqq.

CLEMENT T. I. p. 196 ſqq.

Artopoeus. JOH. CHRISTOPHORI ARTOPOEI Diſſ. de incertitudine notationis temporum per Olympiades; cum *eiusdem* Diſſ. de Xerxe, Nebucadnezare. et Cyro p. 43 ſqq. Cf. ſupra Vol. I. P. II. p. 32.

Puteanus. ERYCI PUTEANI Olympiades, ſola manu, ut vere annis mundi reſpondeant, computatae; in *Gronovii* Theſ. T. IX. p. 1297 ſqq.

Schurzfleiſch. CONRADI SAM. SCHURZFLEISCHII Propoſitiones hiſtorico-chronologicae de Olympiadibus; in *eius* Opp. hiſt. polit. (*Berol.* 1699. 4.) Nr. V. p. 63 ſqq. et in *eiusd.* Diſſertt. hiſt. (*Lipſ.* 1699. 4.) Nro. XLVII. — Olympiades, proprie quadriennales, interdum quinquennales dictas fuiſſe, auctor demonſtrat.

GUI-

GUILIELMI LLOYD, *A. M. Epiſcopi Wigorienſis filii* *), Series chronologica Olympiadum, ythiadum, Iſthmiadum, Nemeadum, quibus veeres Graeci tempora ſua metiebantur. *Oxoniae* 700. fol. — Primo opuſculum prodiit cum Pinari editione Oxonienſi a 1697. fol. ſed typothearum incuria imperitiave tam infeliciter excuſum, it in tabulis chronologicis aera Chriſti a capite ad alcem decurreret, cum Olympiadum annis male ompoſita; et praeterea Olympionicarum nomina d tertium quemque Olympiadum annum appoerentur. Huic infortunio ut mederetur, auctor abulis iſtis manum iterum admovit, ita ut aera Chriſti primum laterculum teneat; proximos Olympiadum et Pythiadum luſtra, cum nominius in ſtadio Olympico victorum; Iſthmiadum et Nemeadum trieterides ſequantur; quibus appoſuit mnia ad ſingulos ludos ſpectantia, quae ex anquis auctoribus, ad certa illorum tempora affixa, olligere licuerit. Anni Romae conditae, et Reum ex Ptolemaei Canone deſumti, columnis raecedentibus accommodantur. Epocha Nabonaſſri, apud Aſtronomos omnium celeberrima, agnen claudit. Annos ab Orbe condito omiſit, am propter numerorum maiorum, quam ut meoria quis complecti queat, incommoditatem; um ob principum Chronologorum in huius aerae ationibus ineundis ſubducendisque diſcrepantiam. Praefationem ſequuntur Notae quaedam chronoogicae, de origine et variatione horum ludorum; quas excipiunt ipſae Tabulae, nominibus praeſerim victorum Olympicorum, variisque ad ludos pertinentibus obſervationibus hiſtoricis ſubinde diſtin- Lloyd.

*) Licet titulus ipſe *filii* nomen prae ſe ferat: tamen *patri* vulgo liber tribui ſolet.

ſtinctae. Incipiunt anno ante Chriſtum 77
niunt a. Ch. 226.

Cf. Acta Erud. a. 1700. p. 380 ſqq.

Dodwelli. HENRICI DODWELLI, *A. M. Dublin*
de veteribus Graecorum Romanorumque C
Liber. *Oxonii* 1701. 4. — Integer ti
prout in fronte operis praeſtantiſſimi, et qui
tis annis praelum exercuit, conſpicitur, hi
De veteribus Gr. et Rom. Cyclis, obiterque de
Judaeorum aetate Christi, Diſſertationes X, cum
lis neceſſariis. Inſeruntur Tabulis fragmenta ve
inedita, ad rem ſpectantia chronologicam. Op
ſtorias veteri, tam Graecas, quam Romanas, qu
Sacras quoque neceſſarium. In Diſſ. ergo *prima*
wellus agit de Cyclo Metonis, docens, qu
do a certioribus temporibus ad incertiora ſi
grediendum, et quomodo illa certiora a di
cli Metonici temporibus incipiant, cuius eti
vilis uſus variis probari poſſit argumentis.
de Lunares fuiſſe ut Metonicos, ſic etiam c
Athenienſium menſes probat, et exemplis, a
gero in contrarium allatis, it obviam, annu
civilem Prytaniarum, eundemque Lunarem a
Multo vero minus duplices in eadem repu
menſes civilium menſium nominibus appella
eſſe credit. Convenire porro monſtrat o
formae anni Lunaris Metonicae, quae pro So
anni argumentis habeant ſuperiores Chrono
verius quoque eſſe de anno Metonico, quod
360 complectebatur, quam de Solari propri
dicto, aut de alio quovis Lunari etc. In ſeq
tibus denuo Cycli huius Metonici civilem u
probat auctor. Hi ldit tres obſervationes
mam de *exemtil*
mionis ſemp

lente, ſed forte proxime ſequente, qui proinde
erabatur; ſecundam de diebus Julianis in ta-
, ad calcem operis adiectis, notatis a ſolis oc-
ad noctem mediam, diei Attico reſpondenti-
tertiam de redundantibus rationibus Metoni-
ι Cycli ſine. In Diſſ. *ſecunda* uſum Cycli Ca-
:i itidem civilem adſtruit, multisque corrobo-
xemplis; quorum etiam occaſione obiter lo-
Pyanepſionis in anno Atticorum quintum,
ore ſaltem Timocharidis, adverſus Petitum
t. Quibus praelibatis, initium ſtatuit epo-
Nabonaſſareae. Praeterea obſervatam pro-
ab Athenienſibus periodum Calippicam ad
ora uſque Dion. Halicarnaſſaei, annumque
C. Varron. 747. Poſt paucos aphoriſmos,
cos recentiores anni Attici menſiumque im-
ſſimos dicit; annorum etiam menſiumque ve-
n apud Athenienſes formas diu ante Epipha-
, et imo etiam Plutarchum et Joſephum, in
tudinem abiiſſe. Agit deinde de Plinii Calen-
coeleſti reſtituto; qui Plinius primus Roma-
m, aſtronomiae admodum imperitorum, fue-
qui de anno Attico congrue ſit locutus. Sub
: Chriſtianae initium mutationem factam ſcri-
enſium Atticorum Lunarium in Solares, in
ıs tamen eadem ſervata ſint feſta, quae olim
ınaribus. Porro de hebdomadibus in hono-
Apollinis agit, quas menſtruas fuiſſe, et Lu-
appellari potuiſſe, etiam in forma menſium
i, arbitratur. In fine tandem diſſertationis
entiam Cycli Calippici et Metonici tradit, il-
ue dicit detraxiſſe rationibus Metonicis diem
n etc. Diſſertatione *tertia* agit de Cyclis
Metone antiquioribus. Ubi primo au-
[illegible]m apud Graecos adeo antiquam
oriantur, perhibet, nec ul-

ſtinctae. Incipiunt anno ante Chriſtum 77
niunt a. Ch. 220.

Cf. Acta Erud. a. 1700. p. 380 ſqq.

Dodwell. HENRICI DODWELLI, *A. M. Dubli*
de veteribus Graecorum Romanorumque
Liber. *Oxonii* 1701. 4. — Integer
prout in fronte operis praeſtantiſſimi, et qu
tis annis praelum exercuit, conſpicitur,
De veteribus Gr. et Rom. Cyclis, obiterque d
Judaeorum aetate Chriſti, Diſſertationes X, cu
lis neceſſariis. Inſeruntur Tabulis fragmenta
inedita, ad rem ſpectantia chronologicam.
ſtoriae veteri, tam Graecae, quam Romanae,
Sacrae quoque neceſſarium. In Diſſ. ergo *prim*
wellus agit de Cyclo Metonis, docens, q
do a certioribus temporibus ad incertiora
grediendum, et quomodo illa certiora a di
cli Metonici temporibus incipiant, cuius et
vilis uſus variis probari poſſit argumentis.
de Lunares fuiſſe ut Metonicos, ſic etiam
Athenienſium menſes probat, et exemplis,
gero in contrarium allatis, it obviam, ann
civilem Prytaniarum, eundemque Lunarem
Multo vero minus duplices in eadem re
menſes civilium menſium nominibus appe
eſſe credit. Convenire porro monſtrat
formae anni Lunaris Metonicae, quae pro
anni argumentis habeant ſuperiores Chro
verius quoque eſſe de anno Metonico, qu
360 complectebatur, quam de Solari pro
dicto, aut de alio quovis Lunari etc. In
tibus denuo Cycli huius Metonici civilem
probat auctor. His addit tres obſervatione
mam de *exemtili* ſuffecto in locum ſecundi B
mionis ſemper exemtilis, pro Cycli lege, n

cedente, ſed forte proxime ſequente, qui proinde
ımerabatur; ſecundam de diebus Julianis in ta-
ılis, ad calcem operis adiectis, notatis a ſolis oc-
ſu ad noctem mediam, diei Attico reſpondenti-
ıs; tertiam de redundantibus rationibus Metoni-
; in Cycli fine. In Diſſ. *ſecunda* uſum Cycli Ca-
pici itidem civilem adſtruit, multisque corrobo-
t exemplis; quorum etiam occaſione obiter lo-
ım Pyanepſionis in anno Atticorum quintum,
mpore ſaltem Timocharidis, adverſus Petitum
erit. Quibus praelibatis, initium ſtatuit epo-
ae Nabonaſſareae. Praeterea obſervatam pro-
t ab Athenienſibus periodum Calippicam ad
npora uſque Dion. Halicarnaſſaei, annumque
. C. Varron. 747. Poſt paucos aphoriſmos,
raecos recentiores anni Attici menſiumque im-
ritiſſimos dicit; annorum etiam menſiumque ve-
um apud Athenienſes formas diu ante Epipha-
ım, et imo etiam Plutarchum et Joſephum, in
ſuetudinem abiiſſe. Agit deinde de Plinii Calen-
rio coeleſti reſtituto; qui Plinius primus Roma-
rum, aſtronomiae admodum imperitorum, fue-
, qui de anno Attico congrue ſit locutus. Sub
ae Chriſtianae initium mutationem factam ſcri-
menſium Atticorum Lunarium in Solares, in
ibus tamen eadem ſervata ſint feſta, quae olim
Lunaribus. Porro de hebdomadibus in hono-
n Apollinis agit, quas menſtruas fuiſſe, et Lu-
e appellari potuiſſe, etiam in forma menſium
lari, arbitratur. In fine tandem diſſertationis
ferentiam Cycli Calippici et Metonici tradit, il-
nque dicit detraxiſſe rationibus Metonicis diem
um etc. Diſſertatione *tertia* agit de Cyclis
hen. Metone antiquioribus. Ubi primo au-
ır aſtronomiam apud Graecos adeo antiquam
n eſſe, quam ipſi gloriantur, perhibet, nec ul-

las Graecis, nedum Romanis aut Babyloniis obſervationes antiquiores eſſe illis, quae in epocha habitae ſunt Nabonaſſarea, tradit. Poſt haec de forma anni menſiumque ante et poſt Thaletem tractationem inſtituit. A Cyclis ad Atticos Faſtos progreditur etc. *Quarta* diſſ. Cyclos Olympiadum civiles conſiderat, et annos Olympicos menſibus conſtitiſſe Lunaribus, initium quoque anni Olympici, qua epocha erat, a proximo poſt ſolſtitium novilunio civili fuiſſe docet. *Quinta* diſſ. ſiſtit Cyclos Delphicos et Boeoticos. Commiſſis cum Cyclis praedictis Cyclo Boeotico, Metonico et Calippico, tandem menſes Boeotorum, et oracula Delphica olim annua, dein menſtrua deſcribit. Diſſ. *ſexta* complectitur ludos Iſthmicos, Corinthiorumque et Siculorum Cyclos; *ſeptima* Nemaeos et Cyclos Argolicos. Conſtituitur inter alia Nemaeorum et aeſtivorum et hibernorum tempus. Argolicos Cyclos eosdem cum Atticis, et ab iisdem exordiis eſſe, probabiliter deducitur. In *octava* diſſ. de Cyclis Laconicis, deque magiſtratibus a Xenophonte memoratis, ad finem usque belli Peloponneſiaci, agit auctor, primumque Lacedaemoniorum Chronologiam univerſae Graeciae hiſtoriae inſervire docet: illos vero menſes Lunares et periodos obſervaſſe, et quidem periodum Octaetericam. Oſtendit etiam, quo pacto cum fine Thucydidis initium Xenophontis cohaereat, et quomodo fefellerit Uſſerium, qui ἀκέφαλον ad nos perveniſſe putat Xenophontis opus, interpolator quidam, etc. In *nona* diſſ. auctor tractationem de Cyclis Macedonum, obiterque etiam de Judaicis inſtituit, eosdemque primo Cyclos antiquiſſimos Macedonibus atque Athenienſibus fuiſſe arbitratur, idem etiam anni civilis initium, ſitum menſium, atque modum; nec non locum menſium Embolimorum.

morum. Monſtrat deinde, qua ratione factum ſit, ut menſium plurium dies ſextos pro eodem die habuerint poſteri iuniores Ephemeridum Alexandri ſcriptores. His porro antiquioribus temporibus uſum anni Macedoniani Solaris Uſſeriani non fuiſſe, nec eſſe potuiſſe, probat. Poſtea diſſerit de epocha Antiochenorum Actiaca. Chaldaeos Cyclo Lunari Calippico diu uſos eſſe poſt tempora Alexandri M. probat ex Babylonicis Chaldaeorum obſervationibus a Ptolemaeo conſervatis: quae tamen quo pacto fuerint ſupputatae, nondum ait docuiſſe viros eruditos. Fuſius igitur in illam anni formam, quam ſupponunt obſervationes iſtae, Dodwellus inquirit, adiunctis hanc in rem variorum in menſibus Macedonicis, quibus deſignatae illae ſunt, ordinum temporibus et rationibus. Quibus rite explicatis, menſes Judaeorum et dies, quos reſpondere Macedonum menſibus et diebus, etiam Lunaribus, dicit, atque ex Joſepho probat, aggreditur adducitque ipſa exempla ex Judaeorum feſtis. Diſſ. *decima* omnium copioſiſſima et ultima antiquos Romanorum Cyclos exhibet, agens primo de duobus Merkedoniis, qui deerant in Kalendario Romano eo tempore, cum Siciliae Praetor eſſet Verres; de Kalendis veteris Martii, quae cum Graecorum civili novilunio concurrerunt anno Varr. 683; de natali item Auguſti; de Parapegmate Romano, unde natalem, pro Solaris anni rationibus, hauſerit Auguſtus, idemque antiquiſſimum eſſe probat, et reformationem Kalendarii, quam Julius coeperit ad hunc Parapegmatis modum, inde deducit; pro quibus etiam Parapegmatis normis intelligenda ſint tempeſtates anni Livianae et vetuſtiorum Livio auctorum. Dein varios Merkedonios, qui in quibusdam annis deerant, et interdum ſuppleti ſunt, deſcribit, quemadmodum

et Nundinales dies, ut et exemtionem Nonarum propter Nundinas. Quibus miſſis aggreditur hiſtoriam Romanam, in qua nullum eſſe poſt conſulatum Aemilii anno Varr. 586 anni defectum probat e Quinquenniis Cenſoriis: in ludis vero ſuis ſaecularibus Auguſtum annum unum dedita opera omiſiſſe contendit. Poſtea exhibet obſervationem neceſſariam in committendis invicem Graecorum Romanorumque annalibus. Annales primos non per Coſſ. ſed per templorum clavos deſcriptos, hosque poſtea a iunioribus cum ſui temporis faſtis conſularibus commiſſos, primo mutilis, tum deinde paullatim ſincerioribus, narrat. Originem vero clavorum Capitolinorum aliis ab ipſo Regifugio, aliis et rectius a tertio poſt Regifugium anno cenſeri dicit. Monſtrat etiam, quibus ratiociniis proceſſerint anni Varroniani in Faſtis receptis ad fidem Archivorum Quindecimviralium exigendis. Poſt haec Cenſorum ſucceſſionem explicat. Agit de Martio primo anni cyclici menſe a primis Decemviris conſtituto; de intercalari primo pro Varroniano anno Epochae ſuae 306, pro Catonianis 308; ubi de intercalando populum non ipſos rogaſſe Decemviros, ſed potius Conſules ſcribit. De Faſtis porro receptis integris usque ad Regifugium; de exordiis anni Romani civilis ante Decemviros; de anni Lunaris apud Romanos uſu, non ad Numam, ſed Tarquinium Superbum referendo; de Cyclo item Pompiliano eiusque emendationibus; de argumentis Catonianorum; de tabulis Cenſoriis; de temporibus Ariſtodemi Cumani etc. Ulterius de plerisque Romanorum annalium conditoribus, magis Catoni, quam Varroni addictis, qui poſt illum et ante hunc ſcripſerint; de reliquorum veterum epochis Faſtis deſtitutis, et pluribus erroribus obnoxiis; de convenientia originis Cyclorum

clorum Lunarium apud Romanos cum ſuperius tradita hiſtoria aſtronomiae; de anno decimeſtri ſub Romulo fictitio; de anno ruſtico ſidereo omnium antiquiſſimo; et denique de hiſtoria Romana ante Romulum nulla fide digna, vel Romuli ipſius fortaſſe dubia. — Singulis his diſſertationibus ſubiecit in calce operis tabulas plurimas et exacte elaboratas; addidit quoque nonnulla, vel potius accuratius explicat, quod in ipſo opere forte non licuerat, de aetate Heſiodi, Midae et Homeri, item de tempore Hegeſarchi Tritaeenſis Arcadii, quo Iſthmiis vicerit et Nemaeis.

Cf. Acta Erud. a. 1702. p. 87 - 92. 97 - 106.

SAMUELIS SQUIRE, *M. A. Fellow of St. John's College, Cambridge — Two Eſſays; the former a Defenſe of the ancient Greek Chronology, to which is annexed a new chronological Synopſis: the latter, an Enquiry into the origin of the Greek Language.* Cambridge 1742. 8 mai. — Auctoris ſtudium in eo potiſſimum verſatur, ut lectoribus perſuadere velit, Graecorum chronologiam minime tam obſcuram eſſe atque confuſam, quam plerique ſtatuerint. Quam ob cauſſam populariam, *Stillingfleeti* et *Neutoni*, dubia ſuper hoc argumento propoſita funditus evertere nititur: quem vero niſum non ſatis ex voto ei ſucceſſiſſe arbitramur. Synopſis adiecta chronologica hiſtoriae Graecae utilitate ſua haud carere videtur. Squire.

E. CORSINI Diſſertationes agoniſticae, de quibus v. ſupra cap. X. ſect. V. Corſini.

* * *

STEPHANI PIGHII Mythologia εἰς τὰς ὥρας, vel in anni partes, ex ſymbolis antiqui cuiusdam Pighius.

toreumatis argentei etc. cum figuris; in *Gronovii* Theſ. T. IX. p. 1185 ſqq.

Lalamant. JOH. LALAMANTII de anno Macedonum & Graecorum et de anno Attico Diſſertationes; *ibid.* p. 1055 ſqq.

Petavius. DIONYSII PETAVII de anno Graecorum, ac nominatim Attico, adverſus Diatribam *Alphonſi a Caranza.* Eſt liber quartus Diſſertationum Uranologio adiectarum (*Lutet. Pariſ.* 1630. fol.) p. 135 ſqq.

Petitus. SAMUELIS PETITI de anno Attico Eclogae chronologicae; in *Gronovii* Theſ. T. IX. p. 1109 ſqq.

Uſſerius. JACOBI USSERII de Macedonum et Aſianorum anno Solari Diſſertatio, cum Graecorum aſtronomorum Parapegmate, ad Macedonici et Juliani anni rationes accommodato; cum *Joh. Seldeno* de anno civili vet. Judaeor. *Lugd. Bat.* 1683. In *Gronovii* Theſ. T. IX. p. 1205 ſqq. Et poſt *Uſſerii* Annal. Vet. et Nov. Teſt. *Genev.* 1722. fol.

Noris. HENRICI NORISII Annus et Epochae Syro-Macedonum etc. v. ſupra Vol. II. P. I. p. 34 ſqq.

Gaza. THEODORI GAZAE, (*Theſſalonicenſis, Grammatici et Philoſophi* † 1473) de menſibus Atticis Liber, Graece, cum interpretatione *Joh. Perelli.* Pariſ. 1535. 8. In *Petavii* Uranologio p. 272 ſqq. Et Latine tantum in *Gronovii* Theſ. T. IX. p. 977 ſqq.

Caſtellanus PETRI CASTELLANI de menſibus Atticis, nec non de menſibus et anno Graecorum Athenienſiumque Diatriba; cum *eiusdem* Heortologia, ſupra cap. X. ſect. IV indicata. Et in *Gronovii* Theſ. T. IX. p. 1081 ſqq.

PETRI

PETRI HAGUELONI (*Mathematici Pariſienſis ſaeculi* XVI) Calendarium trilingue, ſeu de menſibus Hebraeorum, Graecorum et Romanorum Dialogus; in *Gronovii* Theſ. T. IX. p. 1017 ſqq. Haguelonus.

STEPH. PIGHII Themis Dea, ſeu de lege divina, ubi, praeter alia, multa de Horis; in *Gronovii* Theſ. T. IX. p. 1137 ſqq. Pighius.

FRERET *ſur quelques points du technique de la Chronologie Grecque conſidérée en général;* in *Hiſt. de l'Acad. des Inſcr.* T. XVIII. p. 143 ſqq. Freret.

GIBERT *Mémoire ſur l'année Grecque;* ibid. *Mémoires* T. XXXV. p. 133 - 149. — Attico anno ſolum auctor operam ſuam impendit, cuius indolem quinque tabulis explicat, eaque, quae Scaliger in eundem commentatus eſt, clariora reddit. Gibert.

 CAPUT

CAPVT XVI.

SCRIPTORES DE INSCRIPTIONIBUS GRAECIS.

SECTIO I.

Collectiones.

Cyriacus Ancon. CYRIACI ANCONITANI *(Archaeologi ſaeculi XV)* Epigrammata *(Graeca et Latina)* per Illyricum reperta. Sine anno et loco impreſſionis. fol. Nova editio, hac epigraphe: Epigrammata ſeu inſcriptiones antiquae, Graeco partim idiomate, partim Latino exſculptae, váriis baſibus, lapidibus ac marmoribus per Illyricum ad Liburniam repertae. *Romae* 1749. fol.

Apianus et Amantius. PETRI APIANI et BARTHOL. AMANTII Inſcriptiones ſacro ſanctae vetuſtatis, non illae quidem Romanae, ſed totius fere orbis, ſummo ſtudio ac maximis impenſis terra marique conquiſitae etc. *Ingolſtadii* 1534. fol.

Cf. BAUMGARTENS *Nachrichten von merkwürd. Büchern.* T. V. p. 49 ſqq.
CLEMENT T. I. p. 402 ſqq.

Smetius. (MARTINI SMETII) Inſcriptionum antiquarum, quae paſſim per Europam, Liber. Acceſſit auctarium a JUSTO LIPSIO. *Lugd. Bat. ex offic. Plantin. ap. Franc. Raphelengium* 1588. fol. — Liber tam ſplendidus tantaque ἀκριβείᾳ procuratus, ut dubitet Burmannus, an unquam ſimile aliquid ex officinis typographicis exierit. Adiutus eſt Smetius a *Carolo Cluſio.*

Gruterus. JANI GRUTERI Inſcriptiones antiquae totius orbis Romani, in corpus abſolutiſſimum redactae. *Heidelb.*

Heidelb. typis Commelinianis 1603. II Voll. in fol. — *Joh. Scaliger* et *Marcus Velſerus* opem Grutero tulerunt haud vulgarem. Scaliger in primis confecit immenſo labore indices, quorum rationem plerique poſtea ſunt ſecuti. Spuriae ad calcem ſunt reiectae et additae Notae, quae dicuntur Tironis. Eius operis ſecunda editio facta eſt, cura *Graevii*, hoc titulo:

Inſcriptiones antiquae totius Orbis Romani. Olim auſpiciis JOSEPHI SCALIGERI et MARCI VELSERI, induſtria autem et diligentia JANI GRUTERI, nunc curis ſecundis eiusdem Gruteri et Notis MARQU. GUDII emendatae et Tabulis aeneis, a BOISSARDO confectis, illuſtratae, denuo cura JOH. GEORG. GRAEVII recenſitae. Acc. Annotationum Appendix et Indices XXV, emendati et locupletati, nec non Tironis, Ciceronis Lib. et Senecae Notis. Praemiſſa eſt praefatio PET. BURMANNI. Acc. Panegyrici, Jano Grutero ſcripti a BALTH. VENATORE et FRID. HERMANNO FLAYDERO, in quibus eius vita, mors et opera recenſentur, aliaeque laudes ac teſtimonia. *Amſtelod.* 1707. II Voll. in fol. mai. — EDUARDUS HOLTHENUS indices recenſuit et locupletavit. Multum quoque conſiliis ſuis et typographum et editores iuvit JANUS BROUKHUSIUS.

Cf. Acta Erud. Suppl. T. V. p. 1 - 37. Ubi ſimul exhibentur notae Gruteri ipſius et Anonymi ex primae editionis exemplo, quod poſſedit *Joh. Dietericus Michelſen*, D. Med. Glückſtadienſis.

CONRADI SAM. SCHURZFLEISCHII Animadverſiones in Gruteri Theſaurum Inſcriptionum, et Manilli Villam Burgheſianam; in H. L. SCHURZFLEISCHII Act. litter. p. 51 ſqq. Schurzfleiſch.

Saxius. CHRISTOPH SAXII Scholia in Jani Gruteri Theſaurum Inſcriptionum; in *eiusdem* Periculo Animadverſionum in aliquot claſſica marmorum ſyntagmata (*Lipſ.* 1746. 4.) p. 19 - 47.

Marmora Arundelliana. Marmora *Arundelliana*, ſive Saxa Graece inſcripta, ex venerandis priſcae Orientis gloriae rudėribus, auſpiciis et impenſis Ill. *Thomae*, *Comitis Arundelliae* etc. vindicata et in aedibus eius hortisque diſpoſita. Accedunt Inſcriptiones aliquot veteris Latii ex eiusdem vetuſtatis Theſauro ſelectae. Publicavit et Commentariolos adiecit JOH. SELDENUS. *Londini* 1629. 4. Et in *Seldeni* Opp. (Lond. 1726 fol.) Vol. II. T. II. p. 1439 ſq. — Qui ſub imperio Jacobi et Caroli, primorum, Angliam ornavit, Thomas, Arundelliae Comes, in Italia complura antiquitatis monimenta ſibi comparavit ipſe, atque etiam *Guil. Pettaeum* in Italiam, Graeciam, Aſiam miſit, qui idem ageret. Marmorum antiquorum parte quadam a. 1627 Londinum adpulſa, immortalis viri *Roberti Cottoni* voluntate adductus, *Seldenus* anno proxime ſequenti eorum deſcriptionem, cuius titulum exhibuimus, edidit. Mox bellum civile exarſit, eo ipſo tempore, quo reliqua lapidum pars vix portum attigerat. Hinc deſertis a dominis aedibus Arundellianis, marmoribusque neglectis, quaedam ſurrepta fuerunt, alia mutilata, alia a lapicidis ad aedes reficiendas adhibita. Quod quidem damnum eo maius cenſendum eſt, quo pauciora ex iis edita fuerant. Nam Seldenus tantum e Graecis XXIX, e Latinis X inſcriptiones propoſuerat in libro ſuo. *Pri:aeus* quatuor e caelatis mamoribus Apuleio ſuo addiderat. Ex hac clade plura triginta centum marmoribus, eaque inſcripta ſervata fuerunt; quae Comitis nepos, *Henricus Howard*, ſuaſu *Johannis Evelyni*, Oxonienſi Academiae a. 1667 donavit; collo-

llocata mox in Theatro Sheldoniano ad orna-
:ntum Academiae et viri liberalis aeternam glo-
m. Poſt mortem Seldeni, qui a. 1654. obiit;
va incrementa haec collectio cepit, illatis iis,
ae Seldenus poſſederat, Academiaeque legave-
. Acceſſerunt plura minora monimenta, dona
alia, alia emta. Ut igitur hae Inſcriptiones ad
titiam hominum pervenirent, atque etiam Sel-
nianus liber, iam rarior factus, recuderetur,
JMPHREDUS PRIDEAUX luculento eas com- Prideaux.
:ntario illuſtratas edidit, hac quidem epigraphe:
armora Oxonienſia, ex Arundellianis, Seldenianis
isque conflata, Recenſuit et perpetuo Commentario
olicavit HUMPHREDUS PRIDEAUX, *appoſitis*
eorum nonnulla SELDENI *et* LYDIATI *anno-*
tionibus. Acceſſit SERTORII URSATI *de Notis*
manorum Commentarius. Oxonii 1676. fol.
ım figg. Accidit deinde, ut WHELERUS illa
armora, quae in itinere cum Sponio per
raeciam facto collegerat, largiretur. Prodiit
iam nova Marmorum editio, a MICHAELE
AITTAIRIO adornata, ſic inſcripta: *Marmo-* Maittaire.
um Arundellianorum, Seldenianorum, aliorumque,
:ademiae Oxonienſi donatorum, cum Commentariis
Indice. Secunda editio. Lond. 1732. fol. Ipſe
:ro Maittairius marmora nunquam inſpexit;
Vheleriana cum aliis omiſit; ſuis et aliorum anim-
verſionibus, in quibus colligendis viri indu-
ia regnabat, ea illuſtravit, et indice inſtruxit *).

Poſt

*) Praeter inſcriptiones ipſas inſunt: 1. JOH. SEL-
DENI Commentarii p. 99-199. 2. JAC. PALME-
RII A GRENTEMESNIL, militis Cadomenſis,
ſupplementa et notae ad chronicum marmoris Arundel-
liani, a Seldeno publicati p. 200-221. 3. THOMAE
LYDIATI, Oxonienſis, annotationes ad chronicon
marmo-

piebat. Eandem liberalitatem imitati ſ
KINS, qui cum Bowereio et Roberto
ampliſſimum utiliſſimumque in Graeci
am minorem fecerat, et mox RAWL
Apparebit ex hac narratione, quantis
perbiat Oxonienſe Muſeum, quarum nc
teris quoque impertiretur, nova marm
tio adornata fuit, titulo hoc ſimplici:
OXONIENSIA. *Oxonii*, e typograph
doniano, impenſis Academiae 1763. ſ
Debetur haec editio ſplendida generoſc

marmoreum p. 222 - 294. 4. JOH. M
Aera Attica, ſive Commentarii in marmo
ex ipſius canone chronico excerpti p. 29
HUMPH. PRIDEAUX Commentarius
6. THOM. REINESII notae ex eius
mate inſcriptionum antiquarum p. 509 - 5
MUNDI CHISHULL notae in marmor
ticis monumentis excerptae p. 527 - 531.
quaedam ex THOM. SMITH de ſeptem
ſiis epiſtola p. 532 ſqq. 9. Excerpta e
RICHARDI BENTLEY in Phalaridis

mo JOSEPHI BROWNE, Academiae Oxo-
nſis Vicecancellarii, qui illius perficiendae nego-
n mandavit RICHARDO CHANDLERO, qui Chandler.
um praefationem praemiſit. Totum opus in
· partes diviſum eſt. *Prima* pars exhibet
XVII monimenta non inſcripta, in tabulis ae-
s LIX radio exarata; quorum maxima pars
ndum edita fuit. Pars *ſecunda* in tabulis XI ana-
pha inſcriptionibus notata exhibet, et centum
riptiones offert. Eminet inter inſcriptiones,
ximam partem Graecas, Marmor Chronicon,
nſula Paro repertum, n. XXIII exhibitum, illu-
tum iam ante a Seldeno, Marshamo, Palmerio,
s, ſed nunc accuratius deſcriptum et emenda-
editum; additis quoque variis lectionibus prio-
n editorum. Conferenda etiam ſunt, quae de
Chronico Pario, in quo hiſtoriae Graecorum
nae lineae a Cecrope, rege Athenarum, usque
tertium annum Olympiadis CVI, ductae, nar-
ANTONIUS WOOD in Hiſtoria et antiquitate Wood.
iverſitatis Oxonienſis T. II. p. 18 ſqq. RI-
ARDUS BENTLEY loca huius Chronici non- Bentley.
la illuſtravit in *Diſſertation upon the Epiſtles of*
alaris (Lond. 1699. 8.) p. 39 ſqq. 205 ſqq.
ſqq. 245 et 247. HENRICUS DODWELLUS Dodwell.
Diſſertationibus, capite ſuperiore laudatis, uni-
ſam marmoris chronologiam ſub examen vo-
it. Idem ex parte fecit in *Exercitationibus dua-*
de aetate Phalaridis et de aetate Pythagorae.
nd. 1704. 8. Uberiorem illuſtrationem maxi-
e partis Chronici obtulit HENRICUS MAS- Maſcamp.
MP in *Inſtitutionibus hiſtoricis* (Duisburgi 1711.
p. 66-85. p. 124-148. p. 203-218. Verſio-
n *Italicam*, meliorem ea, quam antea FRANC.
ANCHINI in *Storia univerſale* ediderat, et illu-
tiones dedit SCIPIO MAFFEI in *Traduttori* Maffei.
Itali-

Italiani, o ſia Notizia dei volgarizzamenti d'antichi ſcrittori Latini e Greci che ſono in luce. Venet. 1720. 8. *Francogallica* exſtat in LENGLETI DU FRESNOY *Tablettes chronologiques de l'hiſtoire univerſelle.* T. I. p. 187 - 208. *Theotiſce* ab JOH.
Semler. SALOMONE SEMLERO, qui et commentarium hiſtorico-criticum doctiſſimum bonaeque frugis pleniſſimum addidit; in *Sammlung von Erläuterungsſchriften und Zuſätzen zur allgem. Welthiſtorie* (Halle 1747. 4.) T. I. 160^{b} - 260^{b}. — Pars *tertia* editionis Chandlerianae, ſex tabulis aere impreſſis ornata, complectitur inſcriptiones CXLV Latinas. Editor commentarios aut interpretationes marmorum omnes omiſit. Graecis et aliis (Phoenicis et Arabicis) interpretationem addidit Latinam. Quae maioribus in marmore litteris Graecis ſcripta, ea ſimul minoribus characteribus expreſſa dedit. Summam vero diligentiam et omne ſtudium poſuit in accurate deſcribendis marmoribus. Unde factum eſt, ut multae inſcriptiones meliore nunc, quam antea, facie appareant. Praemiſit etiam ſyllabum, qui lectores fortunam marmorum, locum, ubi reperta, et viros, a quibus inventa, docet. Denique adiecti ſunt indices novem utiliſſimi, diligenterque elaborati.

Cf. KLOTZII Act. litter. Vol. II. p. 119 - 130.

Falconerius OCTAVII FALCONERII Inſcriptiones athleticae *(Graecae et Latinae)* ſupra cap. XI. ſect. III. laudatae.

Cuper. GISBERTI CUPERI Inſcriptiones et Marmora antiqua *(Graeca et Latina)* expoſita et illuſtrata; in *Poleni* Nov. Theſ. T. II. p. 241 ſqq.

Beger. Inſcriptiones quaedam *(Graecae et Latinae;)* in LAUR. BEGERI Spicilegio Antiquit. *(Colon. Brandenb.* 1694. fol.) Segm. III. p. 75 ſqq.

ANTO-

ANTONII FRANCISCI GORII, (Presbyteri Gori.
lorentini Baptiſterii et Eccleſiae S. Joannis † 1757)
nſcriptionum antiquarum Graecarum et Roma-
arum, quae exſtant in Etruriae urbibus Pars I —
um notis ANTONII MARIAE SALVINII. Flo- Salvini.
entiae 1727. Pars II. ibid. 1734. Pars III. ibid.
744. fol. min. Latinae inſcriptiones maximam
peris partem conſtituunt.

Antiquae Inſcriptiones cum Graecae tum La-
nae, olim a MARQUARDO GUDIO collectae; Gudius.
uper a JOANNE KOOLIO digeſtae hortatu con-
lioque JOANNIS GEORGII GRAEVII, nunc
FRANCISCO HESSELIO editae, cum annota-
onibus eorum. Lecvardiae 1731. fol. — Le-
untur hic primum Inſcriptiones Graecae, non-
um alias vulgatae, ſeptuaginta tres, et Latinae
ecem. Succedit mox miſſus alter titulorum
iraecorum viginti octo, quos inter poſtremo loco
ngulari plagula, aere non ineleganter expreſſa,
omparet nobilis illa Inſcriptio Sigea, βυστροφηδὸν
xarata; excipiuntque Epigrammata undecim
iraeca alia; et poſtremo loco CLXXIII Inſcriptio-
ies Latinae. Additi ſunt Indices viginti quinque,
d Scaligeri in Grutero exemplum, quam ſicuit
eri, elaboratiſſime conpoſiti. Poſtremae ſeptem
lagulae ſubitaneis tum Koolii tum Heſſelii notis
iſtruuntur.

Cf. Nova Acta Erud. a. 1733. p. 145 - 151.

JOH. BAPTISTAE DONII, Patritii Florentini Doni.
† 1669) Inſcriptiones antiquae, nunc primum
litae, notisque illuſtratae, et XXVI Indicibus au-
tae ab ANTONIO FRANCISCO GORIO, pu-
lico hiſtoriarum Profeſſore. Accedunt Deorum
rae tabulis aeneis inciſae, cum obſervationibus.
Florentiae 1731 (f. potius 1733.) fol. — E ſex mil-
libus

ſibus inſcriptionibus Gorius bis mille ſelegit, quae antea non editae fuerant.

Cf. ANGELI MARIAE BANDINI Commentariorum de vita et ſcriptis Jo. Baptiſtae Donii, Patricii Florentini, olim ſacri Cardinal. collegii a Secretis, libri quinque, adnotationibus illuſtrati. Accedit eiusdem Doni literarium commercium, nunc primum in lucem editum. *Florentiae* 1755. fol.

Muratori. LUDOVICI ANTONII MURATORII Novus Theſaurus veterum Inſcriptionum, in praecipuis earundem collectionibus hactenus praetermiſſorum. *Mediolani* T. I. 1739. T. II et III. 1740. T. IV. 1742. fol. mai. Cum nonnullis figg. aen.

Cf. Nova Acta Erud. a. 1748. p. 1 - 11.

de la Baſtie. *Lettre de M.* (JOSEPH BIMARD) *Baron* DE LA BASTIE *ſur le* Theſaurus novus veterum Inſcriptionum *de M. Muratori;* in *Journal des Savans* a. 1739. Dec. p. 549 ſqq. ed. Amſterd.

Leich. JOH. HENRICI LEICHII Specimen notarum et emendationum ad Graecas Inſcriptiones a Muratorio editas; in *Miſcellan. Lipſ. nov.* Vol. I. P. III. p. 450 - 509.

Eiusdem ad Graecas Muratorii Inſcriptiones curae ſecundae et novae emendationes; cum *eiusd.* Carmin. ſepulcral. ex Anthologia MS. *Lipſ.* 1745. 4. Muratorius inſcriptiones Graecas tam male fere omnes exhibet, ut ineptae, nec ſenſum ullum fundere videantur. Quam ob cauſſam Leichius eum doctiſſime caſtigat. Idem factum in duobus libellis ſequentibus.

Hagenbuch JOH. CASP. HAGENBUCHII de Graecis Theſauri novi Muratoriani marmoribus quibusdam metricis Diatriba. *Tiguri* 1744. 8.

Eiusdem Epiſtolae epigraphicae ad *Joh. Bouhierium* et *Ant. Franc. Gorium*, in quibus plurimas anti-

antiquae Inſcriptiones Graecae et Latinae, Theſauri in primis Muratoriani, emendantur et explicantur. *Tiguri* 1747. 4. Cum figg. aen.

Anonymi Diatribae in inſcriptiones quasdam antiquas (*Graecas et Latinas;*) in *Miſcell. Obſervatt. Nov. in Auctores* (Amſtel. 1740. 8.) T. III. p. 100 - 163.

FRANCISCI OUDENDORPII Brevis veterum monumentorum, a *Gerardo Papenbroekio* Academiae Lugduno-Batavae legatorum, Deſcriptio, in duas partes diviſa, quarum *prima* Graecos Latinosque titulos etc. et Anaglypha continet. *Secunda* Statuas, Imagines, Capita Deorum illuſtriumque virorum, complectitur. *Lugd. Bat.* 1746. 4. Oudend.

EDUARDI CORSINI Inſcriptiones Atticae, ex Cl. Maffei ſchedis in lucem editae, Latina interpretatione brevibusque obſervationibus illuſtratae. *Florentiae* 1752. 4. Et in Tomo IV Faſtorum Atticorum. — Hoc maioris operis, nunquam editi, ſpecimen offert inſcriptiones Graecas, numero duodecim. Quodſi non omnes eodem habendae loco, neque maximi pariter momenti ſunt; venia danda eſt illorum in Atticas antiquitates amori, qui, novum aliquod Archontis, aut populi Attici, nomen, aut ſimile quid, reperire, in rebus non contemnendis ponunt. Corſinio has ſeligere ideo placuit, quod ſententiis et coniecturis eius de diſpoſitione menſium, tribuum, et prytanearum Atticarum, in ſecundo Faſtorum Atticorum tomo propoſitis, pondus adderent, et unum alterumve novum Archontem populumve Atticum proderent. Corſini.

Cf. Nova Acta Erud. a. 1753. p. 121 - 125.

